113 — B — 53
XLIX A 57.
BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLIX
A
57
NAPOLI

CATALOGVS HAERETICORVM,

omnium penè, qui ad hæc uſq; tempora paſſim literarum monimentis proditi ſunt, illoꝝ nomina, errores, & tempora quib. uixerunt oſtendens: quē F. Bernardus Lutzenburgus artium & ſacraꝝ literaꝝ profeſſor, ordīn. Prædicatoriȷ quinq; libris cōſcripſit: in quo & de Lutero & de aliȷs nuper ortis hæreticis multa deprehendes.

Editio quarta, nunc ab ipſo autore ꝛ aucta ꝛ recognita.

Anno M. D. XXIX.

REVEREN

DISSIMO IN CHRISTO PATRI ILLVſtriſſimo D. Hermanno de Vueda, ſanctæ eccleſię Colonienſis archiepiſcopo, ſacri imperij Ro. per Italiam archicancellario, principi electori, Vueſtphaliæ & Angariæ duci &c̄. F. Bernardus de Lutzenburgo humilis artiū & ſacræ theologię profeſſor, ordinis prędicatorū, perpetuam S.

GENEROſis innaſci animis crediderim, præſul illuſtriſſime, ingenuæ eruditiōis amorem: id fœcūda prouidente, ni fallor, natura, quæ aliorū rectores ad ſublimis ſapientiæ munia prouehit maturius, & præclaris ingenij dotibꝰ locupletat, quos mobili uulgo congenita quadam (ut ita dicā) præeſſe ſtatuit induſtria. Videas interim non modo ſacrificos Chriſtiani gregis duces diuinæ philoſophię capi ſuauitate, uerumetiā reges & principes alioqui bellicoſos, quorū nōnulli in caſtrorum tumultibus nonnihil temporis ſuffurati. muſis inuigilaſſe legunt. Alexāder ille Macedo, qui per diem cruentam uibrabat haſtam, noctu Homeri perluſtrans iliada, ipſam dormiturus ſub puluinari retentauit. Proinde ſi Plutarcho fides eſt habenda, Demetreus Phalereus Ptolemæum Philadelphum Aegyptiorū regē admonuit, ut libros, in quibus boni regis officia & clariſſimorum uirorum geſta ſcripta erāt, nunq̄ e manibus dimitteret. Num ergo torpere decet otio dñicę cuſtodes uineæ, quibus oues illæ creditæ ſunt atq; cōmiſſæ, quas hu-

mani aſſertor generis ſuo mercatus eſt ſanguine? Paſtores olim, quibus diuini ybi mirabilis illuxit incarnatio, non ſopitos, ſed uigilantes inuenerũt angeli. Lupus gregem circuit, quærẽs quam rapiat ouem, & paſtor dormitat? Tu quidem Colonień. eccleſiæ põtifex, peruigil gregis tui paſtor, uiros doctos ac probos, uti debes amas, honoras, obſeruas, & larga proſequeris beneficẽtia, quo nõ uidearis degenerare ab auita nobilitate. Illa profecto uera eſt nobilitas, quæ ſcientiarũ adauget officinas, quę uirtutũ cultores amplectiẽ, quæ ſtudioſos in diuina lege fouet, ac dignis exhilarat ſtipẽdijs. In excelſa ó paſtor aiarũ conſtitutus es ſpecula, caſtam oculorũ per tui pecoris circuitũ gyra aciem: & ſi quos conſpicatus fueris lupos, perſequere, comprehende, perde, nec ceſſaueris donec deficiant. Primęua naſcentis eccleſiæ tẽpeſtate, feroces belue proceres Chriſtianæ religionis perfidiæ armis delere conati ſunt, at fruſtra: ſapientia ſiquidẽ uicit malitiã, Chriſtus mundum, & uanitatis umbras ſyncera ueritas. Surrexerũt hæretici ambitionis ſpũ tumidi, diuinæ ſcripturæ uerba, nõ ſenſum (quẽ ſolis deus reuelat paruulis) meditantes, ſed perierunt in inſipientia ſua. Vbi Sabellius cõfuſor? ubi diuiſor Arrius? ubi apoſtata Iulianus? ubi dormitor Vigilãtius? ubi deniq; Manichæus mali plaſtæ excogitator? Abſorpti ſunt, iuncti petræ ſapiẽtes in oculis ſuis: qui dum ueritatis nollẽt eſſe diſcipuli, facti ſunt angeli tenebrarũ. Cæterum poſtq̃ illa interiere mõſtra, nouus atri ditis ortus eſt apoſtolus, tam impudens q̃ temerarius, quẽ tertiam ſtellarũ partẽ uereor alicubi in ſuam traxiſſe ueſaniã, qui prædicat libertatẽ, ut à Chriſti opt. max. eximat ſeruitute, q erorũ infelix loliũ ſimplicibus fideliũ inſerit pectorib. cui qſq; paſtor prudẽter occurrere debet, ne inficiant ij, de q̃rũ ſalute diſtricto iudici reddi turus eſt rationem. Immundus ille Luterus eſt, qui circa cæli cardines perambulat, & ſeipſum ignorat: qui ſuiipſius immemor cælum terræ miſcens, ſe totum gaudet cõmouere orbem. Nec deſunt qui eius indoctæ doctrinæ

quaſi nouo euangeliſtę, prurientes accommodant aures, imò & animas illo duce in tartara præcipitandas. Tu ergo antiſtes uigilantiſſime, tuam cuſtodi atq; tuere uineam, feras abige beluas, ut inſõtes hagni defẽſore hagno dei perſeuerent illæſi. Demum ne arguar deſidiæ & abſconditi talenti, hæreticorũ errores in unum collegi uolumen, quod tuæ cenſui dedicare dignitati, cum te ſciam domus noſtræ Colonienſis ac fratrum prædicato℞ omium tutorem præcipuum, nedum ſacræ ſcripturæ protectorem acerrimum. Hoc xeniolum haud aſpernetur oro tua reuerendiſſima paternitas, atq; eo ſuſcipiat quo profectum eſt animo, ac dum per otium licuerit legat, inuẽtura quibus ab exordio naſcentis eccleſiæ, nauicula Petri iactata ſit procellis, & fluctibus undiq; agitata, ſed mergi ualuit nunquã, quã Chriſt⁹ gubernator aſcẽdit, qui imperat uentis & mari, & ingẽs ſequitur trãquillitas. Veritas qppe ſuper omnia uictrix ad tempus quidẽ premi, ſed opprimi aut perimi nequit unquam.

Tua celſitudo ſeruet incolumis à Ieſu Chriſto. Coloniæ, milleſimoquingenteſimouigeſimoſecundo.

LIBER PRIMVS.

Quam ob cauſam hæreſes ſint exortæ. Caput .I.

SVbintroierũt homines quidã, qui olim præſcripti erant in hoc iudicium, inquit ſanctus Thaddæus apoſtolus, cõtra fidei corruptores ſcribens. Licet enim ſancta eccleſia per omnia ab initio floreret, nõ tamẽ pertulit inimicus ex inuidia ſic iã eleuatam atq; ſplendentem ualde, ſed malitioſe mouere cœpit conſilia, contendens eccleſiam à domino & uniuerſorum creatore ſubmergere: uidebat etiam paganorum errorem iam fuiſſe manifeſtatum, deprehenſaq; uana dæmonum machinamenta, & creaturam à plurib. iam non adorari, ſed creatori hymnos decenter offerri. Ea gratia iam non palam contra dominum & ſaluatorẽ noſtrum excitabat bellum, ſed uiros inueniens, Chriſtianos quidem ſe uocabulo profitentes, ſed amore honoris & uanæ glorię ſeductos, quibus tanq̃ organis ſuæ machinationis uſus, plurimos ad priſtinũ reduxit errorẽ. Hinc doctor gentium ad Gal. 2. ait: Propter ſuperintroductos falſos fratres, qui ſubintroierunt explorare libertatẽ noſtrã, quã habemus in Chriſto, ut nos in ſeruitutẽ redigerent. Auguſt. 18. de ciuit. dei: Videns diabolus templa dæmonum deſeri, & ad nomen libertatis mediatoris currere genus humanum, hæreticos mouit, qui ſub uocabulo Chriſtiano doctrinæ reſiſterẽt Chriſtianæ, quaſi poſſent indifferẽter ſine ulla corruptione haberi in ciuitate dei, ſicut ciuitas confuſionis habuit philoſophos inter ſe diuerſa & aduerſa ſentientes. Subintroducti ſane hæretici à diabolo fuerũt: quod enim ille per ſe non poterat, hoc per falſos fratres moliebatur, quos fraudulenter ſub ſpecie religionis, & titulo fidei immiſerat, ut fidem ueram impugnarent, permittente hoc deo propter electorum ſuorum utilitatem, qui uiſa utilitate & pœna hæreticorũ,

gratias agant quod non ſint ſic permiſſi errare. Obſidet enim doctrinam catholicam oppugnatio contradicentium, ut fides noſtra non otio torpeat, ſed ut cohors malignantium eliminetur. Et ſecũdum Auguſtinum de uera relig. Hæretici multũ proſunt, nõ uerum dicendo, quod neſciunt, ſed ad uerum quærendum ſpirituales catholicos exercendo, teſte Apoſtolo, q inquit Corinthijs: Oportet hæreſes eſſe, ut qui probati ſunt, manifeſti fiãt. Hi autem à deo probati ſunt, qui poſſunt bene docere. Rubertus Tuitienſis ſuper illud Apocalypſis: Signa quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua, & noli ea ſcribere. quaſi dicat, myſteria ſcripturarum, quæ tibi datum noſſe promptumq́ꝫ eſt exponere, ſigna. i. obſigna & claude, ut ſint ſignata & clauſa, poſteris quærenda relinque, ut nõ ſint uelut merces ultroneæ, de quibus uulgo dicitur, ꝙ ſoleant putere: pretioſa illa erunt, quando opus erit ut quærant, urgentibus uarijs hæreſibus, quas neceſſe erit eſſe, ut qui probati fuerint, manifeſti fiant, tunc enim præclara ingenia multorum exercebũtur, & quæ de ſcripturarum theſauris laborioſo ſtudio fuerint conquiſita, non uilia uidebũtur. Vnde hæreticorum tempore eccleſia impugnatur, ſed non expugnatur. Gloſſa Deuteronomij. 2. Hæretici Chriſtianos anguſtãtes teſtimonijs ſcripturarum deprauati contra eccleſiam pugnant, ſed reſiſtere non præualent, traduntur uicti in manus ſanctorum cum habitaculis ſuis. Scripſit quidam imperatori eccleſiam perſequenti: Niteris incaſſum nauem ſubmergere Petri, Fluctuat, at nunq̃ mergit illa ratis. Impugnatur eẽ eccleſia ab hoſtibus gladijs & hæreſibus. Et hoc ſecundum eſt inhumanius. Omnes enim eccleſiæ inimici ſecundum Auguſtinũ 18. de ciuitate, proſunt eccleſiæ, quia ſi accipiunt poteſtatem corporaliter affligendæ, exercent eius patientiam: ſi uero male ſentiendo aduerſantur, exercent eius ſapientiam. Ex hoc clareſcit, quod fideles probant, & doctores eccleſiæ illuminant. Gloſſ. Matthæi. 24. Cum hæreſes & flagitia regnare, & inter ſanctos pacem eorum diſtra-

here cœperunt, quanto plures uident ſequi praua, tanto altius uirtutes petunt, & hoc fit dei omnipotentis coaſſiſtentia. Iob. 22. Eritq; omnipotens contra hoſtes tuos, & argentum coaceruabit tibi, quaſi diceret, dum malignos hæreticos à te repulerit, diuini in te eloquij talentum lucidum excreſcet, & in amore eius epulis ſacræ ſcripturæ ſatiaberis Et ex hoc de ſe præſumentes humiliant. Hieronymus ſuper Ezech. Parumper deus abſcondit faciem ſuã ab eis, & tradidit eos in manus inimicorum, propter immunditias ſuas. Sed ſubditur liberatio. Et aſſumam zelum meum pro nomine ſancto meo, quod blaſphemabatur propter hęreticos, ut poſtquã eos liberauerit, impij erubeſcant & confundant. Quare fide eccleſiaſtica derelicta, pręuaricati ſunt in me. Hinc ſana doctrina auidius indagatur, & uilitas hęrericorum panditur. Quanto enim hæreticorum nequitiam citius exploramus, tanto certius eam declinamus. Cum enim fides uelut aurum cœperit fulgere, & prædicatio eius ut argentum igne probatum reſplenduerit, turpius hæreticorum uoces obſcuri æris uilitate ſordebunt. Bona enim ex deteriorum comparatione magis noſcũtur. Quis ſciret lucem eſſe bonã, niſi tenebras ſentiret? Quis noſceret mellis dulcedinem, niſi guſtaſſet amaritudinem? Et tandem pigritia noſtra excutitur. Auguſt. Ideo diuina prouidẽtia multos diuerſi erroris hæreticos eſſe permittit, ut cum interrogant nos ea quæ neſcimus, ſic diſcutiamus pigritiam, & diuinas ſcripturas cupiamus. Et uiri probati manifeſti fient, quia per hæreticos de ſomno excitantur. Scribimus contra hæreticos, ne ſilendo foueamus errorem: & ne ſit hæreticis liberum habere pro uoluntate ſermonem. Aug. 16. li. de ciuitate dei ca. 2. Multa quippe ad fidem catholicam pertinẽtia, dum hæreticorum callida inquietudine exagitantur, & aduerſus eos defendi poſſint, & conſiderantur diligentius, & intelligũtur clarius, & inſtantius prædicãtur, & ab aduerſario mota quæſtio diſcendi extitit occaſio.

Hæreſes quibus de cauſis oriuntur.
Caput II.

QVam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt. 1. ad Timot. 1. Spreta enim bona conſciētia, in magnos quidam deuenerunt errores, inimico homine & ſatore malorum operum procurante, qui ſuperſeminauit zizania in medio tritici & boni ſeminis fidei catholicæ, Matth. 13. & extra de elect. ca. licet deuitanda. Hinc fit ut multi efficiantur zizaniorum diabolicorum ſeminatores homines impij, uirtutem dei abnegantes, ſcelerati, nequam, & peruerſi miniſtri ſatane, teſte ſancto Ignatio ad Magneſianos, non ſicut agricolæ Chriſti, ſed inimici ſeminarium. Et Oſee. 8. Culmi ſtantes non facientes fructum ſpiritualem, ſed amaritudinem ſuper ſulcos agri ſubuerſi germinantes, & niſi ſpinarum radices relinquentes, intima cordis pungentes, & aſſidue diſcurrentes per diuerſa loca, die ac nocte inſtant attractioni hominum ad ſuam ſectam, & multos ſecum naufragare faciunt, & impulſi à diabolico uento, timorem iudicij dei iuſtiſſimi conculcant. Iuſte igitur à deo naufragare permittuntur, exoſos enim habui eos, Oſe. 9. dicit dominus. Et in Pſalm. 21. In diluuio aquarū multarum, id eſt, diuerſarum hæreſum, ad te non approximabunt, ſed à te elongabuntur, & in altitudinem maris deuenient, & tempeſtas demerget eos. Et multę cauſæ à doctoribus, maxime à Nicolao Dinckelſpuel dātur, quare huiuſmodi circa fidem naufragant. Vna cauſa eſt, auerſio intellectus ab illis quæ credenda ſunt, & conuerſio ad errores. Quidam enim ſic amant errores ſuos, ut ueritatem eius contrariam audire nolint. Prouerbio. 18. Non recipit ſtultus uerba prudentiæ, niſi dixeris ea quæ uerſantur in corde eius. Et Gerſon in tract. de ſimo. Nō eſt hæreſis ſine deprauatione intellectus per errorem in his quæ recta fides tradit, Alia cauſa eſt inhabilitas intellectus, quæ fit per peccatum, per quod lumen diuinæ in

fluentiæ ingredi prohibetur. Iob. 24. Ipſi facti rebelles lumini. Tertia cauſa eſt affectio inordinata, qua hõ trahitur ad contraria fidei, ut quando ex amore uel timore, aut ſpe promotionis contra fidem dicentis ei credit, & ueritas fidei derelinquitur .1. lib. hiſto. tripar. capi. 14. Appetitus potentiæ hominum peſſimorum auaritiæq́ʒ præpoſitus ueritati, quæ creditur eſſe præcipua, ſolet inſidiari per uarias occaſiones, reſiſtentes eccleſiaſticæ pietati. Quarta cauſa eſt ſuperbia, qua homo præſumit ſe omne intelligibile ſupra ſe, ſuo ingenio naturali poſſe apprehendere & intelligere, cum tamen ſecundum Auguſtinum ſuper Iohan. credere ſit ianua ad intelligere. Hieron. ſuper Titum: Hæretici uano ſermonum ſtrepitu quærunt quem inuenire non poſſunt, fuerunt eorũ fatuę quæſtiones, putantes deum humanis ſenſibus poſſe comprehendi. Et ſecundum Iſaiam: Si non credideritis non intelligetis. Et Auguſt. in lib. confeſſi. Tumore meo, id eſt, ſuperbia, ſeparabar à te, & nimis inflata facies claudebat oculos meos. Gloſa ſuper illud Oſee. 10. Reſpondebit arrogantia Iſrael in faciem eius, dicit: Hæretici ſuperbiam habent quaſi matrem iniquitatis ſuæ, & iactant ſe ſemper ſcire altiora, & in eccleſiæ contumeliam debacchantur, ſed arrogantia populi & magiſtrorum ſimul corruent. Vnde hæreticorum turris ſuperbiæ deſignatur, Geneſi. 11. Hi nempe figmenta ſua erigunt contra deum, uolentes illicita curioſitate cæli altitudinem penetrare, ergo in fine confunduntur. Cyrillus. 11. libro in Euangelium Iohannis: Nemo abſq; illuminatione ſpiritus ueritatem cognoſcere poterit, nec diuina dogmata humana uirtute conſequimur: excedunt enim mentẽ hominis noſtra myſteria, ingensq́ʒ donum eſt Chriſtum cognoſcere. Item Exod. 19. Omnis qui tetigerit mõtem, id eſt, altitudinem ſcripturæ, morte morietur, ſcilicet, lapſus in hæreſim. Quinta cauſa eſt, credendorum ſubtilitas, & intellectus humani obſcuritas, quo hæretici non capiunt quæ ſunt credenda. Nec tamẽ per hoc excuſant,

quia rationabiliter ea quæ ratione inueſtigari non poſſunt, fide tenenda hominibus proponuntur, ut probat ſanctus Thom.1. con. gen.cap.7. Multi enim effrenatis ſenſibus mentis plus ſapere appetunt, q̃ decet, plerunq; offenſionem hæretici ſtultitiæ temerariis tractatibus incurrunt. Sexta cauſa eſt negligentia prælatorum, quos deus miſit in mundum tanquã cultores agri ſui. Lucę.10. Rogate dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam. Et Hiere.1. Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna, ut euellas & deſtruas & diſperdas & diſſipes & ędifices & plantes. Et Paulus Actu. 20. Attendite uobis & gregi ueſtro, in quo uos ſpirituſſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiam dei, quã acquiſiuit ſanguine ſuo. Et ſic de uno pontifice canit eccleſia: Ad fidei caulas congregans ouiculas lupi præuidit inſidias, Sed Matth.13. dum dormirent homines, id eſt prælati ad cuſtodiam deputati, inimicus homo ſuperſeminauit zizania in medio tritici: quia inter doctrinam ueritatis, hæreticus commiſcet fallaciam erroris. Epiſcopi autem ex ſolerti uigilantia ſuper gregem merentur uitam æternam. Narrat Thom. Brabantinus primo libro apum: Venerabilis & deo dignus Guardus Cameracenſis epiſcopus, cum in uia contra Antuerpienſes hæreticos, apud Baſluginenſe monaſterium Brabãtiæ ſtrictiſſime reformatum, uitã beatiſſime terminaſſet: in tempore migrationis quidam frater Prædicatorum per ſomnum apparuit in Gandauo. Cui frater: Quomodo pater tibi eſt? Ille, mortuus, inquit, ſum. Et ecce: Ad ſatis graues tranſeo pœnas, expurgandus prius, quã ad gloriam transferar. Et frater: Quæ pene cauſa? Cui ille: Nimia ſeueritas culpabilẽ reddidit & purgandum, ſed uia iſta qua contra hæreticos ꝓ purgãda eccleſia auidius inhęrebam, pœnam meam minuet & accelerabit, nunc dilatam. Septima cauſa eſt carẽtia prædicationis Euangelicæ, quia ubi euangelium nõ prædicatur, hæreſis naſcitur. Treno.3.. Paruuli petierunt panem, id eſt doctrinam euangel. & non erat qui

frangeret eis. Dicit Vincen.Ferrar.quod reperit in Lombardia nouem ualles hæreticorum, propter defectum prædicatorum. Dixit ſibi unus frater, triginta anni ſunt quod nullus frater nec clericus uenit huc ad inſtruendū nos in fide, ſed ueniunt hæretici de partibus longinquis, & prædicant nobis ſuos errores, quos euitaſſemus, ſi euangelicam doctrinam habuiſſemus. Octaua cauſa cur interdum diuina prouidentia quoſdam eccleſiarum magiſtros uana quædam dogmata prædicare patiatur, ut tentet uos dominus deus ueſter, ut palam fiat utrū diligatis eum an non in toto corde ueſtro, Deuterono. 13. Profecto magna tentatio eſt cum ille quē tu prophetam, quem prophetarum diſcipulum, quem doctorem & aſſertorem ueritatis putas, quem ſumma ueneratione & amore complexus ſis, is ſubito latenť noxios ſubinducat errores, quos nec cito deprehendere ualeas, qualem nunc eſſe tentationem Luteri cernimus, cum infelix ille ex oue conuerſus in lupum, gregem Chriſti lacerare non ceſſat.

Hæretici immundis animalibus compa- rantur. Caput .III.

Videte canes, inquit doctor gentium ad Philip. 3. reddens eos cautos ab hæreticorum aſtutijs, ut fidem inuiolatam cuſtodiāt, & hæreticos immū dos canes denuntiat. Ambro. Hæreticos in omni genere uitandos & ſpernendos Apoſtolus docet quaſi canes, q primum oblatrant, dehinc morſu ſuo ſęuo male operantur. Videte ergo, id eſt, cognoſcite canes cōtra ueritatem irrationabiliť latrantes. Iſa. 18. cum gloſſa. Ite ad gentem euulſam à deo & dilaniatam morſibus hæreticorꝫ populum horrendū. Canes enī q̊d integrꝫ eſt dilaniant, & in luto errorꝫ ꝟſantur. Dicuntur etiam uulpes in deſertis,

Ezech.13.Vulpes enim domeſticis inſidiantur auibus,& hæretici intendunt ad deceptionem pauperum. Beda: Vulpes animal fallax inſidijs intentum,rapinas, fraudes exercens.Etiam inter ipſa hominum hoſpitia habitãs in foueis: Ita hæreticus domum fidei nõn habẽs,alios in ſuam fraudem trahit,& à fide ſeducit: Hæc ille.Tutum ergo debet eſſe fidei hoſpitium,ne dum infidelibus noſtra domus interna reſeramus, in alienæ perfidiæ caſſes improuida credulitate labamur.Itidem equis paratis in p̃lio comparantur, & hoc propter eorum uelocem ubiq; diſcurſum,ſecundum Haymonem.Et inquit Beda Apoc. 9.ſicut equi non propria ratione, ſed impetu præſidentis aguntur in prælium: Ita mali ductores dęmoniaco acti ſpiritu eccleſiam impugnant. Dicuntur quoq; ranę aſcendentes de fluuijs Aegyptiorum,Exodi octauo.Garruli & amatores uanitatis,ſecundum Rabanum.Et hæretici,ſecundum Vincen.de Valentia,inſtar ranarum exibant de aquis baptiſmi ad peruertendum articulos fidei.Et ſunt ſirenes dulces in delubris uoluptatum quieſcentes,& mortifero carmine animas ad profundum trahentes. Sirenes enim dulcedine cantus attrahunt naues eas periclitando, & ex hoc dicuntur putei abyſſi,quia alios prauis ſententijs ſuis mergunt. Et ſunt tanq̃ cyniphes fidelium mentes terebrantes, animarum ſanguinem bibentes, callidi ad nocendum, mordentes uſq; ad animæ perditionem. Et ſpinoſi hericij, gloſa Sophoñ. 2. Onocrotalus & hericius in liminibus morabantur. Hodie quidem fruſtra iactant ſe eſſe de ſpecioſa eccleſia, ſed factis negant, in quibus uitiorum greges habitant, & hericius ſpinoſum animal habitat in cordibus eorũ. Dicuntur quoq; onagri in deſerto,quia in ſuis uoluptatib. dimiſſi,à uinculis fidei & ratiõis ſunt alieni.Et ſecũdum Orige. muſcis caninis & cynomyis comparantur, nam & cibos eccleſię maculant,& uoluptatem ſummam bonitatem prædicant.Hæ ſunt locuſtę de fumo putei exeuntes in terrã,quibus data eſt poteſtas tyrannica. ſunt

enim corroſores bonorum. Haymo: Locuſtę rectos greſſus non habent ut quędam animalia, nec uolant ut aues. Hæretici fidem rectam non habent ad uolandum in cælum: nec rectos greſſus ad bene operandum. Locuſtę dāt ſaltus & uirentia corrodunt. Hæretici per iactantiam eleuantur, & animas quæ fidei uirorem habent occidunt. Et ſecundum Albertum ſuper Apocalyp. Dentes locuſtarum ſunt expoſitores hæreticorum, qui proponunt panem mendacij, & traijciunt multos in corpus Antichriſti: loricæ earum uirgæ ſunt per tenacitatem mentis: caudæ earum ſunt principes ſeculares, per quos hæretici ecclesiam impugnant. Aculei ſunt argutiæ hæreticorum, quibus ſanctos pungunt ut à uia ueritatis deuiare faciāt, quorum perfidia ſimilis eſt urſo, quia ſicut urſus habet debile caput, ſic hæretici debile fundamentum. Et Danielis ſeptimo: tres ordines erant in dentibus urſi: & hæretici tribus dentibus catholicos mordent. ſ. potentia ſeculari, ut tempore Arrij. Secundo rationib. ſophiſticis. Tertio ſacris ſcripturis peruerſe intellectis, & ſic ſunt crudeliſſimæ beſtiæ, & leones feroces, & porcis immundis comparantur: quia inſtar porcorum in cœno uitiorum uolutantur, ut dicit Iohan. Antho. diſtinct. 43. ca. in mādatis. Greg. in dial. Cum quædam eccleſia Arrianorum fidelibus reddita cōſecraretur, & reliquiæ ſancti Sebaſtiani & beatæ Agathæ illuc delatæ fuiſſent, congregatus populus porcum ſubito intra ſuos pedes huc illucque ſenſerunt, qui fores eccleſiæ repetens à nullo uideri potuit. Denique hæreticorum cœtus religione palliatus ſimulata, equo pallido comparatur. Apocalyp. 6. Mortuis enim pallor proprie accidit, hæretici enim pallidi, id eſt, mortui ſpiritualiter ſunt, ſicut in ſequentia dicitur de ſancto Martino: Atq; illius nomen omnis hæreticus fugiat pallidus.

Quod uenenatis & alijs immundis animalibus hæretici comparantur.

Caput .IIII.

SCio quoniam intrabunt poſt diſceſſum meum lupi rapaces in uos, nõ parcentes gregi, Actuum.20. Lupi inq̃ etſi pellibus ouium induti, hæretici ſunt callidi in fide, fortes in diſputatione, crudeles in occiſiõe. Nonne lupi rapaces fuerunt Ebionitę & Cherintiani, qui ſancto Iohanne abſente in exilio eruperunt contra eius eccleſias? Sic dixerunt diſcipuli ſancti Martini: Cur nos pater deſeris? & cætera, inuadent enim gregem tuum lupi rapaces. Sicut lupus ouibus, ſic hæreticus inſidiatur fidelibus. Hieronymus: Separat ſeorſum ouem lupus quam capit, & ouis quæ egreditur de ouili patet morſibus. Et ſecundum Iſido. Lupus lanam ouis quam occidit, morſu inficit: & ueſtẽ ex tali lana factã, pediculoſam reddit. Quod Nicolaus Eſculanus in ſerm. de falſis prophetis ſic ad mores torquet: Conuerſatio hæreticorum morſu ſuæ doctrinæ lanam ouis, id eſt, conuerſationem boni hominis ſpiritualiter occidit & corrumpit. Et ergo oues extra mandram, id eſt, cuſtodiam opilionis ſanguinolentę & interfectę, in montibus ſunt repertę, quas lupus uorax cruentauit. Lupus ouile circuit nocte, non audens intrare. Canis ſomnum paſtoris abſentiam explorans, & hæreticus nocte male intentionis fideles decipere conatur. Eccleſiam non intrans, paſtores eccleſiæ uitare, uel necare, uel in exilium mittere contendit. Lupus natura corporis rigidus, ſe inflectere facile non poteſt: & hæreticus duri cordis non ſolet ab errore reuocari. Cyprianus: Vitate lupos qui oues à paſtore ſecernunt. Inſuper hæretici ſerpentes ſunt, ſuper pectus reptantes, antiqui & contorti in cauernarum tenebris deliteſcentes, clarum ſolem non ſuſtinentes, quia oppreſſus eſt eorum ſenſus. Hierony.1. libro contra Ioui. Proponam, inquit, aduerſariorum ſententias, & de latebroſis libris quaſi de foueis ſerpentes pertraham. Serpentes blandiuntur facie, & occul-

re emittũt uenenum. Varij ſerpẽtes, id eſt, hæreſes ſunt, inter ſe quidem diuerſę, ſed omnes mortiferę, de quibus dicitur: Venenum aſpidum ſub labijs eorum. Auguſt. In ſerpente eſt aſtutia & dolus nocenti: ideo ſerpit non habens pedes, ut non audiatur: cum uenit lenis eſt eius tractus, ſed non rectus. Sic hæretici ſerpentes ſub leni tractu occultum habent uenenum. Singulariter comparantur ſerpenti, qui dicitur ceraſtes. Plinius in octauo libro natura. hiſt. dicit quod ceraſtes eſt ſerpens cornutus utraque parte capitis circunflexa, totum corpus occultat in arena, ut non cognoſcatur, totis cornibus ſine cooperculis derelictis, quod uidentes auiculæ, credunt quod ſit uermis: & dum ea capere nituntur, à ſerpente capiunt. Sunt & ſibili quibus draco hominem de paradiſo expulit. Scorpiones quoque aculeos habentes, Apocalyp. 9. Virtutes conſummandas ad finem uitiari contendunt hæretici. Dracones ſquamoſi & ſqualangi quibus ſquamis adhærent in ſimilitudinem piſcium Et baſiliſci infectiui & interfectiui: baſiliſcus utrinq; noxius eſt: nam aſpectu nocet & morſu, ut dicit Effrem Syrus in ſermo. de anguſtia animæ. Et inlamia quæ eſt inlamentationibus Hieremię poſſunt hæretici accipi, q humanam quidem faciem, ſed beluina per impietatem corda geſtant. Hi tunc mammam nudant quando errorem ſuum libere prædicant. Sunt aſpides, ex quibus progrediuntur uiperę, id eſt, hæreſiarchæ ſunt, hæreticorum ab eis oriuntium principes, Iſaiæ. 30. Ex eis uipera & regulus uolans. Sunt quoque putridę carnes, cauterio reſecandę, & capita uenenoſa. Apocalypſi. 13. Super capita beſtiæ nomina blaſphemiæ: nam beſtia hæreticalis, uarijs hæreſibus eſt plena contra Chriſtum. Hieronymus primo libro contra Iouinianum: Neque ſinam uenenoſum caput ſpiris maculoſi corporis protegi. Oremus igitur deum omnipotentem, ut hæreticales ſerpentes crepeſcant, dracones fugiant, uiperę ſileant, ranæ inquietæ torpeſcant, ſcorpiones extinguantur, regu-

li uincantur, ſqualangi nihil operentur, & omnia noxia & fidei aduerſa funditus areſcant, ut omni intoxico relegato, ſyncera fide deo ſeruiamus.

Hæretici uarijs iniquitatis operarijs comparantur. Ca. V.

VIdete malos operarios, ad Philippenſes.3. Videte uel obſeruate malos & pernicioſos peruerſæ doctrinæ ſeminatores, & infideliter in uinea domini laborantes, qui ſecũdum Petrum dominationem ſpernunt, audaces, ſibi placentes: ſectas nõ metuunt introducere blaſphemantes. Auguſtinus.18.lib.de ciuit.dei: Hæretici cum Chriſtianũ cogitant habere nomen, & ſacramenta Chriſtiana, & ſcripturas & profeſſionem, magnũ dolorem faciunt in cordibus piorũ, quia multi uolentes eſſe Chriſtiani, propter eoꝶ diſſenſiones hæſitare cogũtur: & multi maledicti in his inueniunt materiã blaſphemandi Chriſtianũ nomen, quia & ipſi quoquomõ Chriſtiani appellant, & diuerſis ideo noibus maloꝶ hominũ comparant. Primo Cham filio Noe. Auguſtinus li.16.de ciuitate dei ca. 2. Cham, qui interpretat callidus, medius Noe filius, tanquam ſe ab utroq; decernens, & inter utrũq; remanens, nec in primitijs Iſraelitaꝶ, nec in plenitudine gentium. Quid ſignificat niſi hæreticoꝶ genus callidum, non ſpiritu ſapientiæ, ſed ſpiritu uerſipellis aſtutiæ? Quo ſolent hæreticorum feruere præcordia, & pacem perturbare ſanctorum. Sunt enim eccleſiaſticoꝶ deſpectores. Hiero. in Abdiam: Quis hæreticoꝶ non deſpicit eccleſiaſticos? quis nõ exultat in malis eorum? Videas illos exultare, gaudere, noſtram ruinam ſuam putare uictoriam. Et ideo ſunt ſicut amici Iob, qui ſpũ conſulendi decipere uolunt, dum quaſi pro dño loquunt, ueritati aduerſantur. Verbi gratia: Elephas.i.dñi contemptus.i.hæreticus, dum falſa de deo ſentit, eum ſuperbiendo contemnit. Baldach uetuſtas ſola dicitur, quia non intentione bona, ſed appetitu gloriæ loquitur. Non zelo noui hois,

ſed prauitate uitæ ueteris. Sophat q interpretaƭ diſſipatio ſpeculæ, quia hæretici mentes ſupernas contemplantes uerbis percutere approbant, contemnendo ergo deum in uetuſtate ſe retinent, in qua manentes malis ſermonibus ſpeculantibus nocent. Et ſic ſunt hypocritæ, quia ſpeciem humilitatis oſtendunt, ut ſuperba ſuadeant. Sunt enim adulteri ſpirituales, ſicut enim is qui adulterium facit, carnem alienæ coniugis illicitæ ſibi coniungit: ita hæretici cum fidelem animam in errore ſuo rapiunt, quaſi alienam coniugem tollunt. Sunt etiam latrones, ad hoc intenti ut ſpolient. Oſee. 6. Obſtruentes uiam uiatoribus, ne perueniant in Hieruſalem. Fures tanquam filij noctis, qui peruerſa prædicant, & de eccleſia dei furantur. Hieronymus in Ieremiam: Hæretici aſſumunt teſtimonia ſcripturarum de ueteri & nouo teſtamento, & furantur uerba ſaluatoris, unuſquiſque à proximo ſuo, & aſſumunt linguas ſuas ut cordis uenena pronuntient. Baſilius de Eunomio in oratione circa euan. In principio erat: Nō, ignoro inquit, plurimos ueritatis inimicos, & humana ſapientia plurimum iactantes, ſic admiratos iſta fuiſſe, ut in ſuis libris conſcribere auſi ſint. Furatur enim noſtra diabolus, & ſuis ea largiri conatur. Piratæ quoque turbantes aquas eccleſiæ, & de puris fontibus ſordidos riuos facientes. Præcurſores Antichriſti. Oſee ſeptimo: quaſi clibanus & cætera. Glo. Hæreticorum corda igne diaboli ſuccenduntur, ut in eis coquatur Antichriſtus. 1. Iohan. ſecūdo: Nunc Antichriſti multi ſunt, omnes qui fidem quam cōfitentur uerbis, deſtruunt operibus, omnes ſunt Chriſto contrarij: & per conſequens ſeductores. 2. Iohan. 1. Qui nō confitetur Ieſum Chriſtum ueniſſe in carne, hic eſt ſeductor & Antichriſtus. Scandalizatores proximorum. Caſſiodorus ſuper illud Pſalm. Aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum, id eſt, hæreſes, uel uitia, quibus innocentes capiuntur. Satanæ mediatores & ioculatores, odiorum inuentores, dei perſecutores. Nugarum

aſcriptitiarum inuentores, & mendaciorum fabulatores. Oſee.12. Tota die mendacium & uaſtitatem multiplicat. Glo. Hæretici mendacium, id eſt, falſam doctrinam ſibi ſuisq; multiplicant, quia ſunt extra limitem ueritatis, & ſic diuerſos colores mendacij confingunt, & artifici & eleganti mendacio, ſuis amatoribus hominibus uel dæmonibus placere intendunt, & hæretica prauitate polluunt munditiam fidei. Et ſunt fraudatores, nam aſtruunt ea quæ deo pro quo loquuntur non placent tanquam adulatores, & cum hoc reprehenſores, & per conſequens ſunt aliorum peruerſores, & animarum necatores. Hieronymus ſuper Oſee.2. Panis hæreticorum, luctus perpetuus, aqua cœnoſa, id eſt, doctrina, qua etiam baptizatos ſuffocant. Eccleſiaſti.11. Ab una ſcintilla ignis augetur, id eſt, ab unius hæretici malitia, perditio multorum: & quorum ſermo ut cancer ſerpit.2. ad Tim. 2. Diſcipuli diaboli & ſoboles eius, progenies maledicti, inimici crucis Chriſti, Antithei, id eſt, contrarij deo, contumelioſi, quorum contumelias deus odit, quia quicquid dicunt, dignum eſt odio. Eccleſiaſtici.8. Ne ſtes contra faciem contumelioſi, ſ. hæretici. Item hæretici poſt perceptam baptiſmi gratiam, ad uomitum redeunt, & ſpiritui gratiæ contumeliam faciunt. Prouocatores dei ad iram. Eccleſiaſtici decimoſexto: In gente incredula exardeſcet ira. Garruli ut hirundines, & uerboſi inſtar cicadæ, quæ ut tacta fuerit ſemel, nunquam ſilet. Et ideo Iohannes de Friburgo in ſua ſumma: Diſputare cum hæreticis non eſt multum utile: Contra uerboſos noli contendere uerbis. Sunt enim deriſores. Prouerbiorum decimoquarto: Quærit deriſor, id eſt, hæreticus, ſapientiam, & non inueniet. Quia etſi aperta contra illius ſtultitiam diſputando intendas, neſcit intelligere quid dicas: ſunt enim duri ad conuertendum. Prouerbiorum ſeptimo: Cur deteſtatus ſum diſciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum. Quibus uerbis redarguuntur hæretici: quia nec ueterum patrum, nec nouorum

dictis & exemplis potuerunt ab errore reuocari. Suſurrones odibiles, quoniam occulte errores ad decipiendum ponunt: Et illuſores. Gloſſa. Iſaiæ triceſimo. Magiſtri populi illuſores ſunt, qui peruerſe ſcripturas interpretantur. Et ſecunda Petri .3. Venient in nouiſſimis diebus in deceptione illuſores. Et ex hoc uocantur ſeductores. 2. Iohannis primo: Multi ſeductores exierunt in mundum. Et ſunt inimici noſtri domeſtici, & proditores, Iudæ apoſtatæ pariformes. Et finaliter ſecundum Ignatium in epiſtola ad Epheſios: Hæreticus acerbus, plenus falſiloquio, lubricus, arrogans, ſuperbus, diſſonus, immenſuratus, nigriformis, tumidus, & timidus, Hæc ille.

Hæretici ſunt eccleſiæ Chriſti conciſores, & ab ea diuiſi. Caput VI.

Videte conciſionem, Apoſtolus ut ſupra. Vel ſecũdum Iacobum Fabrum Stapulenſem, aduertite conciſionem. Nicolaus de Gorra: Videte, id eſt, cognoſcite illos eſſe conciſionem & nõ circunciſionem, & eſt urbana deriſio: quia à Chriſto exciſi ſunt, & alios conantur excidere: eccleſiæ enim unitatem ſcindunt & diſſipant, & ſic uidete canes, qui quod integrum eſt dilacerant. Matthæi ſeptimo: Ne canes conuerſi diſrumpant uos. Vnde hæretici & ſchiſmatici incõſutilis tunicæ ſaluatoris ſunt diuiſores, quam tamen milites Pilati diuidere noluerunt. Hieronymus ſecundo libro contra Iouinianum: Quadringenti anni ferme ſunt, quod prædicatio Chriſti fulget in mundo, ex quo innumerabiles hæreſes tunicam conciderunt, quæ ſignificat unitatem eccleſiæ. 16. quæſt. ca. ultimo. ſicut domini ueſtimẽtum. Eccleſiæ enim ſecundum Amalarium in ſecundo libro de officijs diuinis ad Carolum imperatorem, eſt conuocatus populus per miniſtros eccl'iæ, ab eo qui facit unanimes habitare in domo. De iſta tunica ſic inqt Gotfridus.

ordinis noſtri in libro dicto Pantheon:

Mittitur à cælis puero digniſſima ueſtis,
Hæc inconſutilis mira colore fuit.
Hanc pater à cælis miſit, non fœmina neuit,
Longa fuitq; breuis, puero creſcenteq; creuit.

Hi ſunt homines inquieti & indomiti, quemadmodum uulpes nequaquam manſueſcit ſecundum Ambroſium ſuper Pſalm. Beati immaculati. Hinc eſt quod dicit Hieronymus ſuper illud Iſai. 13 Gigantes ueniunt implere furorem meum & cætera. Dicit omnes hæreſes contrariæ ueritati rebellant deo. Oēs hæretici ſunt gigantes, qui gaudent in errore ſuo: & tunc maxime gloriantur qñ eccleſię cōtumeliā faciūt. Proinde eccleſiæ oppugnatores conuincuntur. Hieronymus in Eccleſiaſten: Siquidem hanc ueritatis & ſapientiæ ciuitatem confirma, ſit & robuſta: omnes hæretici impugnare conantur, ſed fruſtra laborant cum ambulent in deſerto, & ciuitatem habitaculi inuenire non ualeant. Et ſic omnis hæreticus odibilis eſt: cauſa eſt, quia iſti ficti & maledicti homines ſunt ſicut Samaritani, qui ſecundum Hieronymum in Amos, dant aquas, ex quibus qui biberint, ſemper ſitiunt, & ardorem faucium ſiccarum refrigerare nō poterunt: & ſic ſunt coniuratores, quorum coniuratio eſt cōſenſus multorum in unum. Et gentes quæ bella uolunt propter genera diuerſarum ſectarum: hæc eſt gens excelſa propter ſuperbiam: gens peregrina, quia filij alieni facti ſunt: gens peſſima, Iſaiæ. 18. Gens inſueta pacis, tumultui aſſidua: gens immitis & intractabilis. Prædones uiolenti contra infirmas fidelium mentes inter ſe diuiſi. Glo. Deuteronomij. 32. Hæreticorū tot domini ſunt, quot errores colunt. Sunt quoq; blaſphematores, quia linguæ miniſterium quo dominus laudandus eſt, in blaſphemias uertunt. Sunt & hypocritæ uirtutum ſpeciem oſtendentes, ſed ueritatem non habent: & ubi peccandi locum inuenerint, oſtendunt illud quod in corde habebant. Sunt etiam eccleſiæ diuiſores per Hieroboam

deſignati. Gloſa tertiј regum undecimo: Hieroboã q.10. tribus à templo dei ſeparans ad idololatriã perduxit, ſignificat hæreticos qui unitatem fidei catholicæ hæreſibus ſcindunt, acſi cultui malignorum ſpirituum ſubdãt. Inſuper ſunt pſeudodoctores: qui dum diuinæ legis ſententias proferunt, quibus male interpretatis errores ſuos aſtruere conantur. Catholici uero doctores fidem uel diuini canonis autoritate & eccleſiæ catholicæ traditione approbant, & ad unam eccleſiaſtici ſenſus adamuſſim & regulam cæleſtis ſcripturæ intelligentiam dirigunt. Hi ſunt prophanarum uocum inuentores, quas Apoſtolus docet Timotheum deuitare. Prophanæ certe uoces ſunt, quæ uetuſtati, quæ antiquitati ſunt cõtrariæ, quia nihil habent ſacri, nihil religioſi, ab eccleſiæ penetralibus (quę eſt templũ dei) penitus extraneę. Has nouitates nunquam catholicorum, ſemper uero hęreticorum fuit recipere. Quis unquam hęreſes inſtituit niſi qui ſe prius ab eccleſiæ catholicæ unitatis & antiquitatis conſentione diſcreuerit? Et ſanctus Capreolus epiſcopus Carthaginenſ. in epiſtola lecta in concilio Epheſino, Nihil aliud intendebat & hortabatur, niſi ut expugnata nouitate antiquitas defenderetur. Et finaliter &c. Et finaliter ſunt ſimiles magis Pharaonis. 2. ad Timotheum. 3. quemadmodum iſti Iamnes & Mambres reſtiterũt Moſi, & hi reſiſtunt ueritati, homines mente corrupti & reprobi circa fidem, contentioſi & deo odibiles. Et ratio prædictorum eſt, quia hæreſis eſt grauiſſimum peccatum, ſubuertens fundamentum omnium bonorum. Agathon nominatiſſimus inter patres in uirtute humilitatis & patientiæ, multas culpas ſibi à fratribus obiectas, patienter ſuſtinuit. Cum autem affirmaretur eſſe hæreticus, hunc ſermonem ſuſtinere non potuit: rationem dedit, quia hæreſis eſt ſeparatio à deo, & hæreticus coniũgitur diabolo & angelis eius: alienatus enim à Chriſto iam non habet deum quem exoret pro peccatis ſuis.

Inſenſibilibus & inanimatis hæretici ſunt ſimiles. Cap. VII.

SVnt uelut arbores autumnales, bis mortuæ, eradicatæ, ſic ſcribit Iudas Thaddæus de hæreticis, qui ſunt arbores autumnales infructiferę, id eſt, ſine fructu bonæ operationis, qualis eſt tamariſcus in deſerto ſecundum Ignatium, bis mortuę in anima & corpore, in intellectu ſine fide, in affectu ſine charitate, eradicatę à radice charitatis, à fundamento fidei, à corpore eccleſiæ: q̄uis corpore uideantur eſſe in eccleſia, quia multos tales portat eccleſia, ſecundum Auguſtinum in quæſti. euãge. Hæreſis enim, ut dicit Io. An. in nouella extra de ſchiſm. dicit̃ ab hæretizo, id eſt, diuido. hæreſis nempe omnem hominem ſeparat ab eccleſia. 1. quæſti. ſeptimo cap. con uenientibus. Dixit Iohannes Apocriſarius orientalium ſedium, ſunt hæretici à communione Chriſtifidelium diuiſi etiam poſt mortem. Iſai. 38. Orientur in diebus eius ſpinæ & urticę & cucurbitę draconum & paſcuę ſtruthionum & occurrent dæmonia. Spinæ ſunt à quibus nullus ſapiẽtum uuam aut ficum ſanctitatis uel uirtutis poterit inuenire, ſed cruentant approximantes. Hinc eſt quod hæreſes ſunt portę inferi, quia per eos ad inferos intratur, ut dicit Iohan. de Turrecrem̃. 1. quæſt. 3. cap. ſal uator. Dicti quoq; Thom. Brabant. 2. libro apum, hæreticorum conuenticulorum ſi quę dici potuit matrix, dirupta & ſciſſa eſt, ideo fœtus ſuos generare nõ potuit. Hinc Iſai. conqueritur: Venerunt filiæ uſq; ad partum, & non erat uirtus pariendi. Hæreticorũ ciuitas inutilis eſt, & lapides ex quibus extructa eſt, in præceps detrahuntur. Micheæ ſexto: O ciuitas peſſima in iniquitate extructa ſ. ab hæreticis: ſeminabis peccando & non metes in auditoribus proficiendo, & ſic radix eorum exiccata eſt, & fructum nequaquam facit. Oſee. 9. quia hæretici, in q̄ radicari deberent, perdiderunt. Vnde & inſtabiles ut cameleontes ab eccleſia recedunt. Vnde ſecundum Iob ſu-

per glaream hæretici habitant: glaream minutiſſimos lapides dicimus, quos aqua fluuialis trahit: ſic hæretici illas hominum mentes trahunt, quæ nulla ſtabilitatis grauitate ſolidantur: & nubes ſine aqua, quæ à uentis circunferunt, & fluctus feri maris deſpumantes ſuas confuſiones: & ſunt fontes & lacus contriti, non habentes aquam ſapientiæ ſalutaris nebulæ, turbinibus & uentis tempeſtuoſis ſuperbiæ exagitati, & habent imaginem nequitiæ, in quibus eſt falſa moneta à diabolo facta, quã bonus trapezita reprobat: & ſtatera doloſa, id eſt, falſa expoſitio ſcripturarum more falſorum mercatorum. Oſee duodecimo: Canaan qui interpretatur negotiator, hæreticus mercator animarum in manu eius ſtatera doloſa calumniam dilexit. Iſti ſunt montes Gelboe, de quibus ſecundo Regum primo: Gelboe decurſus interpretatur, quia hæretici extra eccleſiam decurrunt. Stephanus Tegleatius archiepiſcopus Patracenſis dicit, Mali montes ſunt quibus maledixit Dauid, dicens, Montes Gelboe nec ros & cætera, lubricum interpretatur Gelboe, & ſunt impij hæretici, montes utique uolubiles, lubrici & inſtabiles, in quibus quia ueritas non eſt, quicunque aſcendunt eiſque credunt, aut ad eos confugiunt, facile corruunt. Hæc eſt enim terra maledicta, non triticum generat, ſed lolium ſpicis corruptis & pallijs ariſtarum fractis uel ſciſſis. Dicitur etiam hæreticus abſinthium, quia amaritudinem perturbationis inducit in eccleſiam, & cibum ſacræ ſcripturæ amarum reddit, & ueritatis dulcedinem amittit, & uere eſt puteus abyſſi propter profunditatem malitiæ, & propter tenebras conſcientiæ, panis hæreticorum eſt eorum perditio omnes inficiens letaliter, & Hieremiæ ſexto, Malitię eorum non ſunt conſumptæ, argentum reprobum uocate eos, quia dominus proiecit illos. Sed quid iſtis immoror? nam cum Hieronymus in apologia ad Pammachium & Oceanum dicere poſſum; **Non mihi diues Ciceronis lingua, nec feruens Demo-**

ſthenis oratio ſufficeret, ut poſſem implere ſermonem, ſi uelim hæreticorum fraudes prodere.

De hæreticorum communicatione uitanda. Caput .VIII.

HAereticum hominem poſt primam & ſecũdam correptionem deuita, quia ſubuerſus eſt qui huiuſmodi eſt, & delinquit, cũ ſit ꝓprio iudicio cõdemnatus, ad Titũ. 3. & .24. q. 3. dicit Apoſtolus. Exemplo enim ſanctoꝝ, hæretici ſunt uitandi, ſicut Iohannes euãgeli. fugit Cherinthũ, & Ignatius ſæpe in epl'is ſuis ait: Fugite hæreticos, diaboli ſoboles: & ut ſcribit Athanaſius: Nunq̃ ſanctus Antonius ſe miſcuit eorum communioni, anteq̃ eoꝝ ſciens trãſgreſſionem atq; prauitatem. Vitãdi enim ſunt ut fallaces medici, qui ſub ſpecie boni miniſtrant uenenum, & ueditores ſunt filioꝝ eccl'iæ, facientes eos ethnicos, ut longe ſint ab electoꝝ numero. Et ut hoſtes Chriſti, qui deberẽt eſſe filij dei ſcd̃m Rupertũ Holkot ſuper lib. Sapiẽ. Sunt eñ ut leproſi, contagioſi. Hiero. ſuper Amos: Odit deus quotieſcunq; congregati ſunt hæretici in noĩe eius. Deteſtaẗ fœtorem eoꝝ, & claudit nares ſuas. Et idẽ in tract. de diuerſis lepræ gñibus: Colores lepraꝝ diuerſi, diuerſis hæreſibus aptanẗ: nam hæreſis non ſolum eſt fœtida & infectiua, imò & fundamenti Chriſtianitatis corruptiua. Et Frãc. de Retza in .4. parte ſup Salue, profuſiſſime deducit, ꝙ hæretici comparanẗ leproſis. Num. 5. Eijciant de caſtris oẽm leproſum. i. hæreticum. Et. 2. Paral'. 27. Ozias non regalibus ſepulchris, nõ in ciuitate Dauid, ſed in agro ſepultus ẽ, eo ꝙ eſſet leproſus. Gloſſa: Hæretici indigni ſunt ſocietate & communione ſanctæ eccl'iæ, quia erroribus maculati &c̃. Et ſic Num. 15. diciẗ: Separamini à tabernaculis hoĩm iſtorũ duriſſimoꝝ. Et Antonius (ut ſcribit Athana.) ait ĩn ultima hora: Schiſmaticoꝝ & hæreticorum uenenata uitate, meũ circa eos odium ſectamini, Chriſti ſunt inimici: ſcitis ipſi ꝙ nullus mihi nec pacificus quidem ſermo cum eis aliq̃ñ

fuerit propter prauam eoꝝ uoluntatem, & pertinax cõtra Chriſtum bellum. Et quare uitãdi ſunt? nam excõmunicati ſunt de facto, extra de hæreti. c. excõmunicamus. Excõmunicatio em̃ ſcd̃m Petrũ de Aquila in. 4. eſt excluſio alicuius à cõmunione fidelium: & pro graui peccato mortali, quod ſequit̃ contumacia, infligit̃. Adeo em̃ uitãdi ſunt hæretici, qui propria ſponte diabolo ſuadente ſe à nobis ſegregauerũt, ut ab eccl'ia ſint ſeparãdi, nec in cœmiterijs noſtris ſepeliendi. Iſai. 14. Quaſi cadauer putridum, non habebis conſortium, neq; in eis ſepulturã. Et Oſe. 9. Nõ habitabũt in terra dñi, exponit Hiero. de hęreticis, ſed Mẽphis ſepeliet eos. Hæretic⁹ dicit̃ anathema. i. ſeparat⁹, ſegregat⁹, excluſus, ne unius ouis diꝝ contagiũ innoxium gregẽ Chriſti uenenata permixtione cõtaminet. Vñ Rupertus abbas Tuitieñ. ſuper illud Apoc. Atriũ quod foris eſt, noli metiri, inquit: Illud atriũ. i. illos hæreticos qui ſunt ſicut atrium, q̃d templo quidẽ uicinũ eſt, ſed in templo nõ eſt, ne metiaris. i. nihil ad illos pertinere conteſteris menſuram illã, quæ data eſt his qui recepe rũt deũ, quiq; credunt in noĩe eius. ſ. poteſtatẽ, filios dei fieri. Quare? Quia datum eſt gentibus, q̃m inter gẽtiles reputant̃: dicunt ſe Chriſtianos eſſe, ſed mentiunt̃, & cũ gentibus eodem malignitatis ſpũ debacchantes, Chriſtianos perſequunt̃. Ex quibus ſequit̃, ꝙ cum hæreticis non eſt cõmunicandũ, nec cum eis cibũ ſumere debemus, nec in domo, nec in terra foueant̃, nec negotiatio cũ eis exerceat̃. Sic. 2. Iohan. 1. dicit̃: Si quis uenit ad uos, & hãc doctrinam non habet, nolite eum in domũ ducere, nec aue ei dixeritis: q em̃ dicit ei aue, cõicat opibus ei⁹ malignis, ubi dicit glo. Tãta apl'i tũc in religione utebant̃ cautela, ut nec uerbi quidẽ cõionem cũ aliquo eoꝝ, qui à ueritate deuiauerunt, habere paterent̃. Et. 24. q. 1. quæ dignior: Si qua eſt eccl'ia quæ fidem reſpuat, nec apoſtolicæ prædicationis fundamenta poſſideat, ne quã labẽ perfidiæ poſſit aſpergere, deſerẽda eſt. Et diuus Theodoſius imperator, ſtatuens leges in hæreticos, dicit: Vt eccl'ias nõ habeant,

neq; epiſcopos, aut clericos ordinẽt, ſine honore ſint, & à ciuilitate cõi expellanť. Nã ex tali familiaritate, aliis daretur occaſio erroris. Aug⁹ in regula: Hoc nõ fit crudeliter, ſed miſericorditer, ne cõtagione peſtifera plurimos ꝑdat una ouis morbida &c̃. Et. 2, Cor. 6. Exite de medio eoꝝ. Itemq; in omi actu legitimo debẽt uitari. Nã ſcdm Brixienſem hęreticis oĩs appellatio ꝓhibita eſt, & iudex ex officio ſuo repellet hæreticũ ab agendo, teſtificando, & aduocando. Et Caius papa dicit: Hæretici nõ pñt Chriſtianos accuſare, aut uocẽ eis infamationis inferre. Dicit tñ dñs Iohan. Anto. 34. diſt. in mandatis: Cum hæreticis poſſumus loq quantũ ad ea quæ poſſunt eos reducere ad fidẽ. Et dicit Bar. C. de hære. Excõicatus pro hæreſi, non põt facere teſtamentũ, nec publica cõficere inſtrumẽta. Et oĩs hæreticus indiſtincte ab omni dignitate deponiť. Sed dubium ẽ, an hęreticis deť copia defendendi ſe? Dicit Henricus Bonchit extra de hære. c. ſi aduerſus: Hæreticis datur audientia, ſeu copia ſe defendendi in foro pœnitẽtiali, & interiori. Sed in foro iudiciali & exteriori diſtingue: Aut ſunt hæretici penitus occulti, qui cõuinci non poſſunt, talibus nõ negať legitima defenſio, qa ecc̃lia nõ iudicat de occultis. Aut ſunt cõuicti, tũc nõ admittunť ad defendendũ hæreſim, nec ſunť audiẽdi, nec ſup crimine hæreſis, nec ſuper bonis eoꝝ. Qualiter aũt debeant conſici libelli ad accuſandum hæreticos, docet Guilhelmus Durandi in quarto lib. ſpeculi iudicialis.

Hæretici ſunt perſequendi & puniendi. Caput .IX.

EXurgat deus & diſſipentur inimici eius. Et alibi Pſal. reddit rõnem: quia diſſipauerũt legẽ tuã. Solet eñ plures pœnaꝝ grauitas magis q̃ timor dei arcere à uolũtate peccandi. Ideo ut hoc peſtiferꝝ uitium propter alioꝝ terrorẽ euellatur, adhibuit ecc̃lia diuerſa pœnalia remedia. De pœna ſpũali quę exercetur per mucronẽ excõicationis, dictũ eſt in ꝑcedẽti ca. De pœna aũt

æterna,quæ debebiť hæreticis,diceť in ſequēti ca.Primū eṁ locū in pœnis hñt, qui à deo aberrāt, ut diciť in epl'a Clem.Pro quo notandū,ꝙ reges & principes debēt exurgere, & filios iniquos perſequi,& reſtringere per corporalē punitionē, quēadmodū in lege ueteri Elias prophetas Baal interemit,& Matathias filios ſuperbiæ perſecutus eſt. Pſal. Quis cōſurget mihi aduer.malig. aut ſtabit mecū aduer. operant iniq. Habent eṁ dñi tpales tueri eccl'iam 23.q.4.Sicut excellentiā ueſtrā ex hoſtilibus bellis,in hac uita dñs uictoriaꝝ fecit luce fulgere, ita oportet etiam inimicis eccl'iæ omni uiuacitate mentis & corporis obuiare.Et infrà: Eminentia ueſtra conatus hæreticoꝝ cōprimat,& ſuperbas eoꝝ ceruices iugo rectitudinis premat.Sunt etiā ad fidei quā reliquerūt receptionē cōpellendi & puniendi,per reꝝ corporalium ſpoliationem,diſt.18 .quo iure,ubi dicitur:Releganť leges,manifeſte præceperunt imperatores,ꝙ qui ꝑter eccl'iæ catholicæ cōionem uſurpant ſibi nomen Chriſtianum,nec uolunt in pace colere pacis autorem,nihil nomine eccleſiæ audeāt poſſidere,& C. de apoſtatis. ſi quis. Apoſtatarum bona dominico fiſci publicantur.Et dicit Gotfri.de Trano in expoſitione tit.decret.quod catholici poſſunt hæreticos propria autoritate ſpoliare,quia eccleſia generalem eis autoritatē præſtitit,ut eos exterminent. Ad hoc eṁ datus eſt gladius materialis imperatoribus,ſicut habetur.2.Machabæorum ultimo,ꝙ Ieremias extendit dexteram, & dedit Iudæ Machabæo gladium aureum,di. Accipe gladiū ſanctū munus à deo,in quo deijcies aduer. populi mei Iſrael.Vnde per Moſen dominus dicit: Gladius meus manducabit carnes.Vnde nota ſecundum Petrū de Ancor.ſuper.6.de hæreticis,quod cognitio cōtra hæreticum ſpectat ad forum eccleſiæ, executio uerò ad iudicem ſecularem: conſueuit enim eſſe pœna ignis, quam eccleſia nō imponit.Sic dicitur extrà de hære. Nos itaq; inquiſitioni tuæ de fratrū noſtroꝝ cōſilio rñdemus, qui poſt abiurationē deprehēſi fuerint in hęreſim decidiſſe,

ſine ulla penitus audientia relinquẽdi ſunt iudicio ſecu-
lari. Vbi nota ꝙ ſcđo relapſis, eccl'ia gratiã nõ indulget,
quia ſi hæretici reuertẽtes ſp reciperent & conſeruarent
in uita & aliis tpalibus bonis, eſſet in præiudiciũ ſalutis
alioꝶ. Vñ Amb. quandã dicit eſſe miſericordiã iniuſtam,
qñ facilitas ueniæ incentiuũ præbet delinquẽti. Quiſquã
ne eũ miſericordẽ dicere audeat, qui ut unũ leuius puni-
at, cateruas hoĩm deiicit in uoraginẽ pctõꝶ, imò deus in
quo maxime miſericordia excellit, interdũ miſericordiã
execrat. Ait eñ Deut. 69. Non miſereberis eius, & auferes
noxiũ ſang. de Iſrael, ut bñ tibi ſit. Et. 3. Reg. 20. Quia di-
miſiſti uiꝶ dignũ morte, erit aĩa tua pro aĩa eius. & . 2. Ma
chabę. 6. conditor libri exclamat, di. Etẽm multo tpe nõ
ſinere peccatorib. ex ſentẽtia agere, ſed ſtatim ultiões ad
hibere, magni beneficii eſt indiciũ. Rurſus ſicut dicit Mi
lis de Verona in ſuo reperto: Hęretici & coꝶ fautores &
aduocati & ipſoꝶ hæredes uſq; ad ſecundã ꝓgeniẽ, ſunt
inhabiles ad beneficia tpalia, & honores, & publica offi-
cia. Prætere a ſi hęretici ſinę pœna euaderẽt, alii ſecurius
in hæreſim laberent. Ecci. 8. Quia nõ cito ꝓfertur cõtra
malos ſententia, abſq; timore ullo filii hoĩm ꝑpetrãt ma
la. Ideo reuertẽtes ad pœnitentiã recipiũtur, nõ aũt ut li-
berẽtur à ſentẽtiis mortis. Et ergo ad præmonendũ præ
latos, notant dicit Gerſon in de examine doctrinaꝶ: Illi
culpantur rationabiliter, qui ex officio reſiſtere hæreſi
introductæ debentes, facti ſunt ſpeculatores cæci, canes
muti, nautæ ſtulti nauem eccl'iæ naufragiis omnib. expo
nentes, quã regere nec ſciunt, nec uolunt: ſcientibus de-
niq;, uolentibusq; ſuccurrere uiam claudunt, ipſos abiici-
unt infamantes, ſpernunt. Ideo dicit Barthol. de Piſis, ꝙ
archiepiſcopi & epiſcopi, qui circa extirpãdos hæreticos
fuerint neglıgẽtes, debẽt deponi, & alii ſubſtitui. Et hæc
ſufficiant dicta de pœnis hæreticoꝶ. Sed tñ notat Iohan
nes Teuto. 5. lib. caſualium, ꝙ ſi religioſi inuenti fuerint
in hæreſi deliquiſſe, grauius puniendi ſunt ꝗ ſeculares.

Statua



hæreti-calis.

De ſtatua hæretici. Ca. X.

MEa eſt ultio, & ego retribuam in tpe, ut labaẗ pes eoꝝ, iuxta eſt dies perditionis, & adeſſe feſtinant tpa, Deut.32. Vides hanc ſtatuã lector, qua hæreticũ exprimere uolumus. Et merito, quia ſcdm Hieronymum in.3. Daniel. Hæretici fulgore eloquentiæ ſecularis falſum dogma componunt aureã ſtatuam facere, & quantũ in ſe eſt, perſuaſione compellere, ut cadentes adorẽt idolum falſitatis. Stat nempe ſublimis, capite leuato in cęlũ, q̃d faſtuoſo pileolo inſignitũ eſt, per hoc uelim intelligas ſuperbiam hæretici & ambitionẽ, iuxta illud q̃d dicit glo. ſuper Iſai.27. Hæretici qui eleuanẗ in ſuperbiam, qui eccleſiæ humilitate contempta, ſibi excelſa promittunt, dogmatum ſuoꝝ mõtes aſcẽdunt, & ibi cubile ſuum dæmonibus proſtituũt. Et Hiero. ſuper Amos 2. Principes hæreticorum intumeſcunt ſuperbia, declinãtes ab illo qui ſuperbis reſiſtit: nam iactantia facit hæreticum. Et ſicut illi antiquo hoſti patuit ruina magna, ita iuxtã eſt dies perditionis hæreticorum, ut labaẗ pes eorum. Quare pinximus eum ligatis pedibus catena, cuius longitudo protenditur in infernum. Sapien.17. Vna catena tenebrarum omnes erãt colligati, quibus procella tenebrarũ conſeruata eſt. Iudæ.1. Et glo. ſuper illud Oſeæ. 5. Vidit Iudas uinculum ſuum, dicit: Hæretici aliquando ſe funibus peccatorum conſtrictos uident, nec dei conſilium quærunt, ſed diaboli, qui eſt ultor peccatorum, & cũ eo iuſte damnantur. Prouerb.7. Inclinata eſt ad mortem domus eius. Hęreticorum enim domus, quia ſuper arenã conſtruitur, & cum ſtare uidetur, uergit in occaſum, id eſt, ad impiorum conſortia. Et glo. ſuper illud Iob.28. Tẽpus poſuit tenebris, dicit: Intuetur finem hæreticorum, quo ex malo opere trahantur ad ſupplicia. Item ſub columna in qua ſtat hæreticus, depingitur infernus. Vulpes enim nulli uſui aut cibo utilis eſt, niſi ut mittatur foras: ſic de hæreticis dicitur, partes uulpium, id eſt, dæmonũ,

erunt. Et ſubiungitur in themate: iuxta eſt dies perditionis. 2. Petri. 2. eum qui emit eos deum negant, ſuperinducentes celerem perditionem. Iudæ ca. unico, Væ illis qui in contradictione Choræ perierunt. Beda: contradictione Choræ, qui uiuus ad infernum deſcendit intereunt, quicunq; appetitu indebiti primatus ab unitate eccleſiæ ſe ſecernunt. Hierony. in Iſaiam: Prope eſt & inſtat quotidie tempus ruinæ hæreticæ, non differt eorum ſubuerſio. Nonne omnes hæretici cito mercedem iniquitatis acceperunt? Mahomet morbo apoplexiæ uexatus, orco infernali traditus eſt. Iulianus apoſtata Mercurij lancea perfoſſus eſt. Arrius medius crepuit. Iohannem Huſs & Hieronymum Pragenſem, ultrix flamma combuſſit. Vbi Heluidius, Bonatius, Eatius, Euſtachius, Imbianus, Lapideus, & reliqua cohors hæreticorum, nonne cum ſuis ſequacibus interierunt, & quaſi aqua decurrens ad terram caliginis dilapſi ſunt? Hilarius in epiſtola ad Donatum diaconum: Theologia ſuperauit hæreticos, proſtrauit oẽs aduerſarios, ubi quæſo ſchiſma Pelagij, barbaries Manichæi &c̃. Reuera amodo non comparent. Iſa. 45. Abierunt in cõfuſione fabricatores erroꝝ &c. Et Hiero. ſup illud Eze. 13. Erũpere faciã ſpm̃ tempeſtatũ in indignatione mea &c. Hæc oĩa de hæreticis dicere poſſumus: om̃ia em̃ eorũ figmenta ira dei ſoluunt. Hæreticus aure diabolum excipit. Igna. in ep̃la ad Phil. oſtẽdens diabolũ incẽſorem malorũ, inquit: Tu incenſe draco apoſtata ſerpẽs, à deo diſcedẽs, à Chriſto ſeparatus, à ſpũſancto alienus, & à choro angelorũ exulans, iniuriator legis, & legitimorum inimicus. Et. 16. q. 2. Viſis literis, ſcribit Ioh. papa Iſaac Syracuſano epiſcopo: Habet ꝟſutus hoſtis mille nocendi modos, conatur nanq; à principio ruinæ ſuæ, unitatem eccleſiæ reſcindere, & omnibus modis humanum genus euertere & perturbare.

De hæretici diffinitione & qualitatibus. Caput .XI.

REfert Auguſtinus in libro de utilitate credendi, &.24.quæ.3. Hæreticus eſt qui alicuius tempora lis commodi, & maximæ gloriæ principatusq́; ſui gratia, falſas ac nouas opiniones gignit, pertinaciter defendit, uel ſequitur. Et ſecundum Rainerium in panto logia, ex hac diffinitione duo eſſentialia hæreſi eliciuntur. Primum, nouas & falſas opiniones gignere uel defendere, quod pertinet ad maiores hæreſiarchas & eorum ſuperbiam. Secundum eſt illas opiniões ſequi, quod pertinet ad hęreticos minores & eorum auaritiam, quia temporalis commodi gratia. Thaddęus: Vę illis qui errore Balaam mercede effuſi ſunt. Beda, errore Balaam pereunt, qui pro amore terreſtrium commodorum, ueritatem quam norunt impugnant, & hoc contumacirer: ab eo enim quod alicui perfecte habitũ eſt denominatur. Et dicit Alexander de Hales, quod tria faciũt perfectam hæreſim.ſ. falſa credulitas, peruerſa uoluntas, & pertinax defenſio. Cyprianus: Scimus quoſdam quod ſemel imbiberint nolle deponere, nec propoſitum ſuum facile immutari. Et ſecũdum Petrum de Tarãthaſia in quarto: Hæreſis habet initium in ratione, & complementum in uoluntate. Inſuper hæreſis principaliter conſiſtit in corde, id eſt, in conſenſu mentis uel uolũtatis, ſecũdum Hilarium: ſed ſecundario in ore. Hieronymus: Ex uerbis inordinate prolatis, incurritur hęreſis. In argumentum huius dicit Azo prima parte. C. Hæreticus eſt, qui uel leui argumento à iudicio catholicæ religionis & tramite detectus fuerit deuiare Leuia enim ſigna faciunt ad probandum hæreticum, dicit Iohã. de Imo, & idem Archid. in cap. ut officium de hæreti. libro ſexto: Dicit tamen ab bas in.1.cap. de hæreti. & poſt eum Ant. Corſeti. Hæreticus non eſt, licet dubitet de fide, & ſcrupulum habeat cõſcientiæ, non tamen habet firmitatem animi, nec perſeueret in quadam pertinacia, ſed conformet ſe cum fide eccleſiæ. Et ergo hęreſis qñq; dicitur ab erro, & ſecundũ quod eſt nomen Græcum importat diuiſionem, quæ op

ponitur unioni fideliũ,uel importat electionem.24.q.3. Hæreſis græce ab electione dicit̃,ꝙ ſcilicet eã unuſquiſq; eligat diſciplinam,quam putat eſſe meliorẽ:ſecundũ aũt quod eſt nomen latinũ,dicit̃ ab hærendo hæreticus: igit̃ ex ui nominis dicitur, quaſi electiuus,& quaſi adhæſiuus & diuiſiuus: nam primo doctrinam falſam eligit,& poſt illi electæ pertinaciter adhęret,per quã ab alijs diuidit̃ & ſeparatur.Rabanus Actuum.5.Hæreſis ſciſſio interpretatur,uel dicit̃ ab electione,quia ſpretis aliorum dictis,qđ ſequendum putat,elegit.

De hæreticorum diuiſione.

Caput .XII.

QVorundam hominum pctã manifeſta ſunt, pręcedentia iudicium, quorundã aũt ſubſequunt̃.i.occulta ſunt.1.ad Timo.5.Sic conformiter duplices reperiuntur hęretici.Quidam manifeſti, qui contra fidẽ publice prædicant,aut profitent̃,aut defendunt errorẽ. Hic eſt notandum, ꝙ Inno.tertius enumerat extra de ꝟ. ſi.ſex genera hominum,quos aſſerit eſſe hęreticos manifeſtos.Primo contra fidem ꝑdicantes,& ſecũdum Guilh. Occam in de ptãte papæ lib.3.intelligitur,qñ contingit aliquẽ publice ꝑdicare cõtra fidẽ ſimplicit̃, & abſq; omĩ ꝓteſtatione,& ꝙ nunq̃ ab aſſertiõe ſua erronea deſiſtat, & nõ paratus corrigi,talis eſt pertinax, ideo cenſendus hęreticus.Secũdo ꝓfitentes errorẽ fidei cõtrarium.Profeſſio eñ à uolũtate firmata ſolet procedere, & ſimiliter oẽs iurãtes ſe errorẽ aliquem fidei Chriſtianæ contrariũ ſeruaturos.Tertio qui defendunt errorem cum aſſertione temeraria. Quarto conuicti coram prælatis. Quinto condemnati à prælatis de hæretica prauitate.Sexto confeſſi,& tales ſecundum Ruber.Tuitien.ſuper Apoc.intelliguntur per Magog.q̃d interpretat̃ de tecto,qa illi ſunt manifeſti,& operibus & ꝟbo nobis aduerſant̃,& talibus cũ antichriſtus uenerit, ſe falſi Chriſtiani ſociabũt, pariterq; cum illis uim facient ueris & ſimplicibus Chriſtia-

nis. Alij ſunt hæretici ſecreti, qui eorũ quæ ſunt fidei, errorem in mente habent, propon ẽtes habere pertinaciã in uoluntate, tñ ỽbo uel facto exteriori non oſtendunt. Et tales intelligunt per Gog, quod interpretat tectum; & per tectum falſos intelligimus fratres, qui intus ſunt, & nobiſcum profitent nomen Chriſtianũ, pro eo ꝙ non dum ſeſe produnt, quia rei uel tpis occaſio illis deeſt. Quidã ſunt hæretici affirmatiui, qui hñt errorem eorũ, quæ ſunt fidei in mẽte, & ỽbo uel facto oſtendũt ſe habere pertinaciam in uolũtate. Hæretici ỽo impœnitentes & pertinaces ſunt, quibus pfidiæ radices & errores in fide oſtẽduntur: & qui dum mãdatum eſt ut reſiliant ab errore, illum abiurent, & ſatisfactionem faciant debitam, nolunt obtemperare, imò pertinacit perſeuerãt. Econtrario dicũtur hæretici pœnitẽtes. Quidam ſunt hæretici negatiui, qui corã iudice fidei per teſtes legitimos de aliqua hæreſi rite ſunt conuicti, ſed nõ confitent, imò conſtãter negãt, & ỽbo ſolum fidem catholicam profitent. Hæretici aũt relapſi ſeu relabentes ſunt, qui poſtꝙ ut pœnitentes hęreſim abiurauerũt, poſt abiurationẽ in eandẽ hęreſim ſunt relapſi. Hæreſiarchæ ſunt, q errorẽ eorũ quæ ſunt fidei, inuenerunt uel cõfinxerunt, uel inuentam & confictam alios docent, & magiſtri & principes errrorum efficiuntur.

De hæreticorum fautoribus.

Ca. XIII.

DIgni ſunt morte non ſolum qui faciunt, ſed etiã qui conſentiunt facientibus, ad Rom. 1. Conſentientes eñ cum facientibus, par cõprehendit pœna. Huiuſmodi ſunt multi: quidam eñ hæreticorũ erroribus ſunt credentes, ỽbis & factis, & propria confeſſione dicẽtes ſe credere eorum erroribus. Et dicit Angelus de Clauaſio: Hæretico credens dicitur, qui proprio ore dicit ſe uelle mori in fide talis hæretici: uel qui dicit ſe credere erroribus illius: uel qui reuerẽtiam exhibuerit, aut

cõſolationem,uel communionem in morte,uel in infir-
mitate ab hæretico receperit,uel qui ſimilia perpetraue
rit,quæ ad ritum hæretici pertinẽt. Scdo ſunt hæretico
rum receptores,& dicunt,qui frequenter hæreticos reci
piunt in domos ſuas ſciẽter, & hi dicunt etiam hæretici.
Hæreticorum defenſores ſunt,qui defendunt eoꝝ erro-
rem,& hi damnabiliores ſunt illis qui errãt,& non ſolũ
hæretici,ſed hæreſiarchæ ſunt habẽdi.Qui enim defen-
dunt uiribus ſuis perſonam hęretici,ne ad manus iudicis
ꝑueniat,ſunt excõicati.Hæreticoꝝ fautores,maxime pu
blicæ perſonæ ſunt,qui omittũt facere ea,ad quæ ex ſuo
officio obligant,circa hæreticos,uel captos hæreticos ſi
ne licentia epi uel inquiſitoris à carcere liberãt,uel pro-
ceſſum iuridicum impediunt.De hæreſi ſuſpecti uehemẽ-
ter ſunt,qui talia ꝑagunt,ex qualibus orit magna ſuſpi-
cio contra eos, & debet mandari eis ut abiurẽt gñaliter
oẽm hæreſim:& ſi oriat ex illis uiolenta ſuſpicio,hæreti
ci ſunt habendi. De hæreſi diffamati ſunt , de quibus eſt
publica uox & fama,& communiter omnes ſimplices di
cant,ꝙ talẽ hæreſim habeãt, iſtis eſt canonica purgatio
indicẽda. In hæreſim lapſi ſunt,qui prius fuerũt lapſi,&
relabunt in hæreſim abiuratã,& ſimiliter qui ſtat in ali-
qua hereſi damnata ab eccłia, & dicit Felinus Sandeus in
c.excõicamus,de hære.ꝙ uolẽs redire ab hæreſi,licet cui
tet pœnam mortis,& tradat carceri perpetuo,ſi talis fu-
geret ex carcere,ex hoc ſolo diceret conuictus tanꝗ rela
pſus in hæreſim,& ita oĩs audientia ſibi denegaret. Im-
peditores officij inquiſitionis ſunt,qui captos pro hęreſi
à carcere propria temeritate liberãt,uel ꝓceſſus inqſito
ris lacerãt & impediunt,& teſtes in cauſa fidei uulnerãt,
tales ſunt multũ culpabiles,& ſi hñt errorẽ in mente cũ
ꝑtinacia,ſunt excõicati. Ex quib⁹ oĩbus infert ꝙ hęreſis
eſt peruerſus receſſus à fide eccleſiaſtica,quam quis prius
tenuit. Et opponitur fidei ſicut peccatum mortale chari
tati,& eſt peccatũ in ſpiritumſanctum,quia eſt impugna
tio ỽitatis agnitæ, & opponit primo ꝑcepto primæ ta-

bulæ: & cõprehẽditur ſub uana religiõe: & inquantũ re ſpicit intellectum, eſt in genere falſæ credulitatis: inquã- tum reſpicit affectum, eſt in pctõ, quod eſt in uoluntate.

De ſcribentibus contra hæreſes et hæreticos. Ca. XIIII.

CHariſſimi, omnem ſolicitudinem faciens ſcribendi uobis de cõi ueſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere uobis, inquit ſanctus Thaddęus: & hoc propter hęreſes inſurgẽtes, qm̃ multi pſeudoprophetę exierũt in mundum, & illi, ut ita dixerim, fabulones .i. qui falſas fabulas, pplexasq; hæreſes cõtexuerũt, ideo ut iuxta glo. ſuper illud Prouerb. 10. *Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, ſic hęreticorũ perfidia, bonis doctoribus moleſtiã generat & lachrymas*, & per cõſequens labores & ſudores ſcribendi contra eos & eorũ errata uarios libros, tractatus, & epl'as, & hoc neceſſario, ad Phil'.3. eadem uobis ſcribere mihi non pigrũ, uobis aũt neceſſarium cõtra inſtantes canes & malos operarios. Et hoc merito, nam & hæretici inceſſanter non dimittunt ſcribere libros erroribus refertos, contra quos dicit Iſaiæ. 10. Væ qui condũt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitiam. Quæ autẽ maior iniuſtitia q̃ hæreſis, quæ rectitudini fidei inimicatur? eõ q; annotaui certos uiros eccleſiaſticos, ſcribentes contra hæreticos, hoc ordine:

Athanaſius Alexãdrinus ſcripſit libros aduerſus hæreticos.

Auguſtinus lib. unũ ſcripſit de hæreſibus.

Alanus fecit libros contra hæreſiarchas.

Baſilius ad Enthitas epl'am unã contra hęreticos.

Buconius Caſtellianæ Mauritaniæ oppidi epiſcopus, ſcripſit aduerſus Iudæos & Arrianos, & alios hæreticos, ſecundum Gennadium.

Carolus Magnus imperator gręce ac latine doctiſſimus, ante ſeptingentos annos cõtra certos hæreticos opus ſcripſit in .4. libros partitũ, quod habetur Romæ in Vaticana bibliotheca.

Celeſtinus eps Brixien. librum unum de hæreticis.
Celſus ſex uolumina tradidit de hæreſibus, & opinionibus philoſophorum.
Cyrillus Alexādrinus aduerſus hæreticos librum unū, qui elegias interpretatur, in quo Neſtorij occulta panduntur,& ꝑdita confutantur.
Cyprianus inter magnos habitus,& à multis in catholica fidei ſanitate laudatus, doctor erudiriſſimus,& martyr fortiſſimus, ſcripſit multos cōtra hæreticos libros.
Clemens Alexādrinus,ut dicit Ado Panthei auditor,librum unum contra hæreſes.
Epiphanius eps Salaminæ in Cypro,aduerſus omes hæreſes librum ſcripſit.
Gennadius epiſcopus Maſſilienſis de ſe teſtatur in ſecundo libro illuſtrium uiroꝝ: Scripſi,inquit,aduerſus oēs hæreſes libros octo.
Guido quidā Carmelita,ut dicit Iohā.Nid.in.3.li.formicarij,de hæreſibus diuerſis latiſſime ſcripſit.
Hilarius Pictauien.cōtra hære.diuerſa uolumina edidit.
Irenæus eps & martyr,S.Polycarpi auditor,cōpilauit.5. libros contra hæreticos.
Iulianus confeſſor,doctus græca & latina linguis, cōtra hæreſes ſcripſit.
Iacobus cognomēto Sapiens, Niſibinæ ciuitatis Perſaꝝ eps,ſcripſit lib.25.de fide contra oēs hæreticos.
Iohannes Chryſoſt. contra Arrianorum hæreſim,cōtra Martionem,cōtra Cherinthū, Ebionem,Arthemonē, atq; Photinum,& contra omes hæreticos, fortiſſimos libros ſcripſit.
Iohan.Damaſcenus librū centū hæreſium edidit lōgum.
Iuſtinus phūs de Neapoli,pro religione Chriſti plurimū laborauit,& ſcripſit contra oēs hæreſes.
Philaſter Brixianus eps, prolixiſſimum condidit de hæreſibus librum.
Samuel Ediſſenæ ecclīæ presbyter,multa aduerſum eccleſiæ inimicos Syro ſermone conſtruere dicitur, præ

cipue contra Neſtorianos & Eutichianos & Timothianos.

Tertullianus Africanus anteq̃ tranſiſſet ad ſectã Mõtani, ſcripſit lib.unũ aduerſus oẽs hæreſes ſui temporis.

Victorinus Pictauiẽ.ep̃s,aduerſus oẽs ferè hæreſes libros plures conſcripſit.

Vincentius gente Gallus Lerinenſis eruditus,ad uitanda hæreticorum colloquia,ualidiſſimam edidit diſputationem,quam celato nomine ſuo peregrini aduerſus hæreticos intitulauit.

Hæreticos tolerat eccleſia.

Caput .XV.

SInite utraꝗ creſcere uſq; ad meſſem, Matt.13.Ratio præmittitur,ne fortè colligentes zizania,eradicetis ſimul & triticum.Dñs non uult hæreticos pmittere uiuere abſolute: & hoc ,ppt́ criminis grauitatẽ.Hæretici em̃ cum ſint deprehenſi,ſunt interficiendi, multo fortius q̃ incendiarij uel falſarij.ſimile habet́ Exo.22.Statim cum Moſes deſcendit de mõte,mandauit ꝙ frater interficeret fratrem ,p pctõ idololatrię.Et iteꝝ:Maleficos non patiaris uiuere.i.hæreticos:quia à conſortio fideliũ qui uere uiuũt.excõicandi ſunt donec maleficiũ erroris in eis moriat́.&.23.q.4.Merito hæretici affligunt́ in corpore,qui occidunt aĩas. Et ſi ipſi ſempiternas mortes faciunt,tpales ſe perpeti nõn conquerant́:& ſic Deu.7. mãdatum fuit,ꝙ aras.ſ hæreticoꝝ ppl'ſ ſubuerteret,& ſculptilia combureret.Sunt em̃ hæreſes idola gentium.Glo. ſuper illud Zacha.13. Diſperdam noĩa idoloꝝ de terra.ĩ. ſigmenta hæreticoꝝ.Et Deu.22.dicit́: Non ſeres uineam tuam altero ſemine,id eſt,hęretico,ne miſceatur aliquid erroris,& corrumpat́ homo.Sed in caſu tantum dñs prohibet granum à palleis ſeparari uſq; ad ultimum uentilabrum. Non enim eſſet utile fidelibus,ꝙ illæ tollerent́: neceſſe enim eſt in caſu,ut mali ſint permixti bonis, per quos exerceantur,& quorum comparatione boni nitan

tur in melius, & maxime ubi aliqua inueniunt qbus adiuuētur boni, & quorū uexatione iuſtorū uita purget, & ſic permittuntur hæretici, qñ ſine periculo non poſſunt ſeparari.i.ſine exterminio fidelium. Tolerauerūt em̄ ꝓphetæ eos, cōtra quos tanta dixerunt, nec tñ cōionem illius populi relinquebant, Iſa.52. Et Aug⁹ in ep̄l'a ad Vincentium.23.q.7.c.1. Nonnullos toleramus, quos corrigere non poſſumus: nec ꝓpter palcam relinquimus aream, nec ꝓpter piſces malos rūpimus retia domini, nec propter hœdos in fine ſegregandos deſerimus gregē domini, nec propt̄ uaſa facta in contumeliā, migramus de domo domini. De hoc figura Gen.6.ꝙ ſimul fuerūt in arca Noe mūda & immūda. Et in linteo, q̄d uidit Petrus Act. 10. (quod eccl'iam deſignat) ſimul erāt quadrupeda & uolatilia. Nunc etiam bonos malosq́ꝫ, quaſi pmixtos piſces fidei eccleſiæ ſagena trahit. Et.2.ad Timo.2. In domo patrisfamiliâs ſimul ſunt uaſa aurea & argētea in honorē, & fictilia & lignea in contumeliam. Sed in ſagena Petri boni cum malis uſqꝫ ad littus ꝑueniunt. Vbi Greg. Sicut enim mare ſeculum, ita finem ſeculi ſignificat littus maris, in quo fine boni piſces in uaſis eliguntur, & mali ꝓijciuntur foris. quia & electus quiſqꝫ in tabernacula æterna recipitur, & interni regni luce perdita, ad exteriores tenebras reprobi pertrahuntur. Et ſic ſecus littus ſedentes piſcatores apoſtolici, ſagenam impletā educūt, quia uero iudicio inſtante, ſecernendi piſces patebunt, & tūc eccleſia purgabitur ab omni ſpurcitia hæreticorum, & deo patri ſine macula offeretur: tunc enim fatuæ uirgines carentes oleo charitatis, & lætitiæ ſpiritualis, cæleſtem ianuam non intrabunt.23.quæſtione.5.ad fidem. Si autem propt̄ iniquitatē ueſtri ſchiſmatis, illi quidem correptores ſunt, uos autem eſtis ſicut cæteri diuerſorū ſcelerum rei, qui pœnas legibus pendūt, profecto infelices & in hoc ſeculo & futuro eritis. Iob quarto: Vidi eos qui operantur iniquitatē, & ſeminant dolores, & metūt eos, flante, id eſt, iudicante deo periſſe, & ſpū iræ eius eſſe cō-

ſumptos. Vltor demum ſcelerum & hæreſum deus uindictę tarditatem ſupplicij grauitate compenſat. Et Malachiæ quarto, Dies ueniet ſuccenſa, & erunt omnes facientes impietatem, & inflammabit eos dies ueniens: Et orietur uobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ, qui eſt Chriſtus in æternum benedictus, Amen.

De inquiſitore hæreticorum.
Cap. XVI.

PErrexit & cepit trecentas uulpes, Iudicum.15. Ad inquiſitorem enim hæreticæ prauitatis duo pertinent, ſcilicet Pergere & Capere. Quo ad primum, prælatis eccleſiarum & inquiſitoribus dicitur: Pergite, quia periculoſum eſt ipſis tantum ſtare, & adhuc periculoſius eſt ſedere, peremptorium eſt autem iacere. Pergat igitur inquiſitor ex licentia ſibi data ex officio iniuncto, & ex zelo eccleſiæ ad exercendum ſuum officium, conſiderando quanta mala ex peſte hæretica oriantur. Exi, inquit, Bernardus in ſecundo libro de conſideratione ad Eugenium, in agrum domini tui, & conſidera quãtis adhuc de ueteri maledicto ſylueſcat ſpinis & tribulis. Perge igitur, planta, riga, fer curam, ſana contritiones, membra putrida ne corpus corrumpant abſcide, mala germina acuta ſuccidere falce non ceſſes, & in diebus tuis fidem catholicam cuſtodias, & nouas ſopire ſtudeas doctrinas, & tuas exoluiſti partes. De ſancto Petro martyre ordinis noſtri legitur, q̃d cũ à Cumis in Mediolanũ pergeret pro requirenda inquiſitione contra hæreticos, ſibi ab Apoſtolica ſede commiſſa, quidam de credentibus hæreticorum prece & pretio illorũ inductus gladio interemit in uia, ſic canit eccleſia de eo: Dum Samſonis uulpes quærit, ab iniquis emitur, caput ſacrum lictor ferit, iuſti ſanguinis funditur & cætera. Quis ergo ē ille qui perrexit ſecundum intentionem thematis? Scriptura reſpondet: Samſon, in quo nomine exprimit qualitas inquiſitoris, nã Samſon ſolis fortitudo interpreta

tur.in ſole illuſtratio ſcientiæ ſufficientis in inquiſitore ſignat. Solis enim eſt illuminare, ſic inter planetas medius ponitur. Inquiſitor igitur non à caſu, ſed ab arte examuſſim inſtituendus eſt, & debet eſſe doctus & expertus, & in his quæ ad ſuum officium pertinent, debet eſſe reſolutus, & fulgere debet in gemina ſcientia, Theologica.ſ. & Iuridica, ut ex decretalibus ex libro ſexto, & in Clemen. & certis extrauagantibus. ſciat omnia cap. tituli de hæreticis, quæ ſibi prohibita ſunt ſub uarijs pœnis excommunicatorijs: & quomodo ſe habeat circa teſtes & cuſtodes incarceratorum, & circa iuramentum & circa totum proceſſum iuridicum: & quando inquiſitio fieri debeat, & de quibus non ſe intromittere debeat, & cõſulere debet doctos uiros, bonæ famæ, ut ſibi conſilium præbeant, Theologos in foro cõſcientioſo, Iuriſtas quo ad pœnas canonicas, Legiſtas in quæſt. ciuilibus & criminalibus, & ſicut inquiſitor in ſcientia debet eſſe perfectus, ita in ætate prouectus, quod magis ſub allegoriæ myſterio admonet, dicens, Non arabis in primogenito bouis, id eſt, in ætate iuuenili nõ inquiris. Hinc eſt quod eccleſia ſtatuit, quod inquiſitor habeat .40. annos, in clement. in de hære. cap. nolentes. 22. quæſtione prima, ſanctemoniales. Requiritur enim in iure legiſſe, & quod diligenter de hæreticorum libris inquirat, pro ſua enim defenſione hæretici utuntur libris apocryphis & ſuſpectis, ut dicit Hieronymus. Quare eorum libri, tractatus, & articuli, ſcientia ſolerti examinandi ſunt, & illorum libri recipi non debent, quorum damnantur autores, ſicut. C. de hęr. & Manich. l. dãnati. dicit. De impijs libris nefandi & ſacrilegi Neſtorij aduerſus uenerabilem orthodoxorum ſectam ſcriptis. Item Actuũ decimonono: Multi ex eis, qui fuerunt curioſa ſectati, contulerunt libros, & combuſſerunt eos coram omnibus Cęterum nõ ſolum debet eſſe doctus, ſed & fortis in ſui officij executione, ut alter Samſon leonem dilaniando, ut Elias legis zelator, prophetas Baal interficiẽdo, ut Matathias

ſuperbiæ filioſ uſq; ad interitum perſequendo, & dicat cum Pſalm. Perſequar illos & comprehendam, donec deficiant. Vnde Moſes zelans pro domino: Siquis eſt domini, inquit, iungatur, ponat uir gladium ſuper femur ſuum: ite & redite per medium caſtrorum, & occidat &cæ. Exodi. 32. Sic ſanctus Dominicus in ſuo ordine uoluit aſſociari ſibi uiros, qui gladio uerbi dei & inquiſitione inimicos dei perſequerentur. De ſancto Petro martyre ordinis noſtri canitur: Verbi ſemen ſeminat, errores exterminat, uerbo pugnans fortiter. Item de ſancto Vin. confeſſore: Hic errrores prauitatis, uerbo uere uicit ueritatis ſplendidiſſime. De ſancto Dominico: Vulpes diſſipat Samſonis, & in tuba Gedeonis, hoſtis fugat agmina. Nec profecto contra huiuſmodi leuiter procedendum eſt, ne dum paucorum patientia poſtularis, nutrias audaciam perditorum & factio robuſtior fiat, teſte Hieronymo ad Theophilum Alexandrinum. Quid faciet pergendo, ſubditur, & cepit trecentas uulpes, ut dicitur in principio ſecundi libri.

Finis primi libri.

CATALOGI HAERETICORVM LIBER II.

Prologus.

CEPIT TRECENTAS VVLPES, Iudicum. 15. Samſonis uulpeculæ, ſunt pſonæ labe hæretica deprauatę, facies habentes diuerſas, ſed caudas ignitas adinuicem colligatas: qa de uanitate flãmeæ ſuperbiæ conueniũt in hoc, ut ſegetẽ dominicam iam albicãtem ad meſſem, & ſplẽdoribus fidei relucẽtem, morſu amariſſimo demoliant, ac diſcurſu ſubtiliſſimo pgunt, impetuq; ualidiſſimo accedunt parit, ut accendant, diſſipent, & deuaſtẽt ſynceritatẽ ſanctę fidei

catholicæ ſubtiliter & damnabilitet: uulpes em̃ & principes hæreticorum terram eccleſiæ deſolantes, urbes hę reticorum incendio uaſtant illo igne, de quo dicitur Oſee.7. Omnes adulterantes quaſi clibanus eorũ. Vulpes enim dicitur quaſi uolupes, propter inuolutionem doloſitatis: uulpes enim non rectis, ſed tortuoſis anfractibus & itineribus currunt. Hic ſunt uiæ hæreticorum Iob.6. Inuolutę ſunt ſemitæ greſſuum eorum, ambulabunt in uacuum & peribunt. Vel, uulpes dicitur à uolando: & hęreticorum pedes ueloces ſunt inſtar nubium uolantium ad effundendum ueſaniam ſuam in alios, & ſic dicuntur ſidera errantia ſecundum ſanctum Thaddæum. Inſuper uulpes ſecundum Grego. in mor. quæ ſunt animalia ualde fraudulenta, in foſſis & ſpecubus abſconduntur. Vulpes etiam dum eſurit, mortuam ſe fingit, & incautas uolucres ſupra ſe tanquam ſuper cadauer uolitantes rapit: nihilo minus tamen uulpes noſtræ hæreticales capiẽdæ ſunt. Capite nobis uulpeculas, ſcribitur Can.2. capite, id eſt, dep̃hẽdite, & in lucem proferte doloſas hæreticorũ uerſutias. Capite paruulas ne maiores effectę plus noceant, & capi non poſſint. Gregor. ſuper Canti. Dicuntur paruulę, quia quamuis cõtra ueritatem intus ſuperbiãt, exterius in ỽbis tñ humilitatem per ſimulationẽ ſectant. Capite eas reti ſanę doctrinæ. Augu. in ſer. de Samſone: Quid aliud eſt uulpem capere, niſi hæreticos diuinæ legis autoritate deuincere, & ſanctarum ſcripturarum teſtimonijs, uelut quibuſdam uinculis alligare atq; cõſtringere? Capite clamore prædicationis. Hierony. ad Demetriadem: Coruſcante dei uerbo diaboli tenebrę repellendæ ſunt. Capite officio inquiſitionis & diſputatiõis. Gre. ſup Cañ. Vulpes .i. hæretici, à ſanctis p̃dicatoribus capiuntur, qñ inſtante altercatiõe ſentẽtijs ueritatis cõuincunt. Ruber. Tutieñ. ſup Apo. Ecce congregatio taurorum in uaccis populorũ. Ecce tumultus hæreticorum, ut excludant eos qui probati ſunt argento, ut ejciãt à tẽplo dei qui p̃bitatem tenẽt, q probi & probati ſunt, ſenſumq; p

batum habent in omni uerbo uel ſermone diuino. Increpemus feras iſtas, feras arundinis, tauros cornupetas, & ceruicoſos uaſtatores ſcripturarum ueritatis. Prouerbi. 14. Vade. ſ. diſputando, contra uirum ſtultum, id eſt, hæreticum. Vnde Ionathas primo Regum. 14. non niſi prouocatus ad hoſtes tranſit, quia catholici aduerſus hæreticos non contentionem commouent niſi prius ad certamen prouocentur, & in meditatione ſcripturæ hæreticos conuincunt. Capiendæ etiam ſunt uulpes cõſtantia fidei, grano enim ſinapis comparatur fidei feruor, quod granũ dicitur uenenata expellere, id eſt, omnia dogmata prauitatis. Gloſſa. Matthæi. 13. Sunt etiam capiendæ uigilantia orthodoxorum doctorum nocte ſurgentiũ, ut ſolerter uigilent, quæ hæreticorum & uitiorum bellis ſordidata ſunt, corrigant & erigant, capite auxilio brachij ſecularis, nam mali qui per eccleſiam nõ poſſunt corrigi, uolentes in ſuis criminibus perdurare, debẽt coerceri per brachium ſeculare. ſ. per gladium & ignem, ſicut uulpes fumo de fouea eijcitur. Hieronymus contra Vigil. Virga Apoſtolica uirgaq; ferrea, debet confringere uas inutile & tradere in interitum carnis. Cæterum uulpes cauet ne eius cubile ſciat, plura enim habet oſtia. Caute igitur inquiri debet uulpes hæreticalis. De hæreticis illud Proue. 9. impletur, In profun. inferoꝝ conuiuæ eius, & qui ap. illi, deſ. ad inf.

Quare capiendæ ſunt, quia demoliũtur uineam noſtrã, id eſt, eccleſiam florentem, Canticorum. 2. Gregorius, Per hæreticos eccleſiæ à recte fidei uiriditate exiccãtur. Et Ignatius in epiſtola ad Philadelphienſes, Quicunq; eñi in aliena ſententia ambulauerit, ipſe nõ eſt Chriſti, nec paſſiõis eius particeps, ſed eſt fraudator & corruptor uineæ Chriſti. Ingredientes enim hęretici uineam domini, cupiunt uniuerſa populari, ut uix racemum in ea relinquant, de quibus illud Iudicum. 9. uerificatur: Habitatores Sichem egreſſi ſunt in agros uaſtantes uineas. Vñ Villiramus Bambergẽ Fuldeñ monaſterij ſup Cãtica.

Vinea iam floret precibus, nunc uinitor orci,
Omnis in obſtantes ruat ut uulpecula caſſes.
Callida maturis nocet iſthęc beſtia botris.
Hæreticæ Vulpes noſtræ, dum repere calles
Primitus incipiunt, mox dogmata praua relidant
Eccleſiæ proceres, ne ſumant tempore uires,
Et ſic difficile deſiſtant hæreſiarchæ.

Vulpes Samſonis caudis fuerunt colligatæ. Hæretici habent caudas adinuicem colligatas, quia de uanitate conueniunt in idipſum, extra de hære.c.excommunicamus. Hæreſes quamuis inter ſe diſſentiant, communi tamen nomine aduerſus dei eccleſiam, quaſi colligatæ conſpirant. Et ſecũdum Humpertum Ordinis noſtri magiſtrũ: Licet inter ſe hæretici ſint diuerſi, tamẽ omnes ſunt colligati in intentione deſtruendi eccleſiam. Auguſtinus in ſerm. de Samſone: Vulpes capit, ligatis caudis ignem apponit. Caudæ uulpium quid ſunt niſi poſteriora hæreticorum? qui primo habent magna blanda & deceptoria opera: poſteriora ligata, id eſt, damnata & ignem in fine trahentia, ut eorum fructus & acta conſumant, qui ſuis ſeductionibus acquieſcunt. Et ſecundum glo. ſuper illud Iſai. 7. Cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium. Caudas titionum fumigantium, uocat ſapientiam ſecularem & hæreticum ſermonem, quorum finis eſt exuſtio. Præterea hæc collectio caudarum, prætendit conuentionem ueri cum falſo, intuitu cuius hæretice alios decipiũt, quare Deuteronomij .22. dicitur: Ne indueris ueſtimento q̃d ex lana linoq; eſt contextũ. Glo. ueſte ex lana & lino induitur, qui ſub locutione innocentiæ cælant ſubtilitatem malitiæ. Hæretici eñ falſa ueris & lupum ſub agno uelant. In aureo calice ſub nectaris ſpecie uenenum propinant letale. Et ſecundum Ignatium ad Trallianos: Venenum erroris commiſcent dulci blandimento, ſicut puro melli uirus admiſcentes. Ideo ſecundum Ambroſium in libro de fide cõtra Arrianos, Nihil periculoſius hæreticis eſſe poteſt, quàm cum inte-

gre per omnia decurrant, uno tamen uerbo ac ſi uenenata gutta meram illam ac ſimplicem fidem dñicę, & exinde apoſtolicę traditionis inficiant. Et Hiero. ad Oletam. Venena non danť niſi melle circumlita, & uitia non decipiunť niſi ſub ſpecie umbraq́ꝫ uirtutum. Ergo bene diciť Abacuk. 2. Væ qui dat potum amico ſuo, mittens fel ſuum. Semper eñ mendacium imitať ueritatem, aliť non poſſet hæreticus decipere alios.

Cæterum Samſon cepit trecentas uulpes, & ego ſub quadam allegoria tentabo trecentos hæreticos, homines uulpinos, in hoc ſecundo libro in unum catalogum congregare: Diabolus enim cum trecentis iſtis perſequitur Chriſtianos, quemadmodum Pharao cum trecentis curribus perſecutus eſt Hebræos, Exodi. 14. Glo. tulit trecentos currus contra fidem ſanctę trinitatis pugnaturus. Sed è regione legimus Iudicum. 7. de Gedeone, quod cum trecentis uicit Madianitas. Madianitæ eñ diiudicantes, aut iniqui, aut contradicentes interpretantur, & ſunt hæretici. Ruber. Tutienſ. ſuper Iudicum: Cõtra hos Gedeon cum trecentis pergit ad prælium, ſolet in centenario numero plenitudo perfectionis intelligi. Quid ergo in ter dicto centenario numero deſignatur, niſi perfecta cognitio trinitatis, cum his quippe dominus noſter aduerſarios deſtruit, cum his ad prædicationis bella deſcẽdit, qui poſſunt diuina cognoſcere, qui ſciunt de trinitate quæ deus eſt perfecta ſentire. Auguſtin. In magno ſacramento eos docere iuſſus eſt Gedeon, qui ut canes aquã lamberent, trecentos tantum & non plures, in ſigno crucis propter Thau, quæ. CCC. ſignificat. Et Hieronymus ſuper illud Marci, Poterat enim ung. &c. plus quàm trecentis denariis, dicit: Prætextu auaritiæ myſterium loquitur dei. Etenim noſtra fides trecentis emitur denariis &c. Præterea hic numerus etiam in uernaculis Abrahæ aduertendus eſt, per quos Lot ab hoſtibus liberauit. Albertus Magnus. 3. ſcripto diſtinctiõe. 24. Symbolo Niceno conſonat figura in numero patrũ

condentium ipſum: fuerunt enim trecenti & decem & octo. *Sic* uernaculi Abraham cum hoſtes inſequeretur. Gene. 13. Ita enim ut ille, ita illi hoſtes fidei comprehenderunt, & ſpolia fidelium reduxerunt, Et Lot. i. fidelem populum captū aſtutijs hæreticorum. Iſto modo & ego trecentos teſtes ad minus cōtra hæreticos, in uirtute mirificę trinitatis adducam.

Pars executorialis.

ARrius epiſcopus Alexandrinus, à quo orti ſunt Arriani uel Arrianitę, uixit circa annum domini. CCCXXVIII. In fine uitę ſancti Syluestri & ſub Cōſtantino: q Arrius inter cæteros hæreticos famoſior, nequior & magis nociuus fuit eccleſiæ. Vbi nota, q̄d unius hominis inſidiæ cōtra eccleſiā̄ non ſunt contēnendæ: ut cū̄ una ſcintilla parua res eſt, & pene dum cernitur non uidetur, ſed ſi fomitem cōphenderit, & nutrimenta ſui inuenerit, mœnia, urbes latiſſimas, ſaltus, regionesq́; cōſumit: ita doctrina peruerſa ab uno incipiens, uix duos aut tres primū in exordio repit auditores, ſed paulatim ut cancer ſerpit in corpore: ſed teſte Hiero. Arrius in Alexandria ſcintilla fuit: ſed q̄m non ſtatim oppreſſa eſt, totum orbem eius flamma populata eſt. Et idē inquit: Pœna Arrij nō eſt determinata, quia nō eſt determinatum quot per eius doctrinam ſint ſubuertēdi. Oroſius libro ſeptimo: Arrius Alexandrinę urbis presbyter, à ueritate fidei deuians, exitiale plurimis dogma conſtituit. Et Eccleſiaſtici. 3›. Repromiſſio nequam, id eſt, hæreticorum traditio, multos perdidit diligentes, & commouit illos quaſi fluctus maris. Ideo ab eo inchoandum eſt, tanquā à principali hæreſiarcha. Hæreſiarcha, ut dicit Iohannes Nider in tertio libro formicarij, eſt qui primo falſam de fide opinionem gignit, ut Arrius, Vicleff & conſimiles. Reuocemus igitur ad memoriam, q̊modo, poſtq̄ draco ille proiectus eſt in terram, poſtquam pro

ficiente Chriſtiana fide, deſertis ac deſtructis idolis, amiſit uſurpatam quaſi diuinæ culturę gloriam, iam Romani faſtigio imperij filium Marię adorante, qui raptus ad deum, & ad thronum eius Arrius presbyter magnus hæreſiarches, ſub nomine Chriſtiano in blaſphemiã Chriſti filij dei, procaciter nimis ꝓrupit loquacitate intolerabili, aquam ex ore ſuo ſerpens antiquus emittebat tanq̃ flumen, quod erat Arrius, aquas inquam putridas doctrinæ nequam emittebat. Vnde Rubert. Tuitienſis abbas ſuper illud Apoca. Oportet te iterum prophetare populis, dicit: Nã ecce dñ tu exulas, interim Cherinthus inſanit, Marcion furit, Ebion blaſphemare incipit, cæteriq́; bacchantur antichriſti contra uerbum dei, contra maieſtatẽ & antiquam diuinitatem filij dei, dicentes ꝙ ante Mariã non fuerit, & ꝙ tã recens deus ſit, ut ex illa initium exiſtendi acceperit. Præterea futurum eſt, ut ueniat Arrius pertinax ſatelles diaboli, dicturus & perſuaſurus populis, gentibus, & regibus multis, quod idem filius dei creatura ſit, & in tempore eſſe cœperit, quodq́; fuerit tempꝰ quo idem filius non fuerit. Propter iſtos oportet te iteꝝ prophetare & prouidere populis & gentibus, linguis & regibus multis, ut ab his peſtibus populum Chriſtianũ liberes, creditu mihi. Surge igitur & metire templũ dei & altare. i. Chriſtum dei filium, qui & tẽplum dei eſt, & altare ſanctæ eccleſiæ, templum uidelicet dei ſecundum corpus, quod aſſumpſit ex uirgine: altare uero ſecũdum dignitatem utriuſq; naturæ: Iſtud metire. Ecce mali mẽſores, male & peſſime menſi ſunt, & de terminis eius, q̃s hæretica infidelitate nimis metebant, dicẽdo Chriſtum non fuiſſe ante Mariam, grandem tumultum facere incipiunt: tu ergo metire, & menſuras eius extende, quantæ longitudinis aut latitudinis ſit, aut eſſe debeat. Longitudinem eius ſupra extende, ſupra inquam Mariam & ante Abraham, imò & ante Adam, ſed & ante cælum & terrã uſq; ad antiquum dieꝝ, & dic: In principio erat uerbum. Sed terra aperuit os eius, & abſorbuit flumẽ, quod miſit

draco de ore ſuo, Abſorptum eſt fantaſma fluminis ſerpentini, quando ſanctum concilium Nicenum nefarium Arrij dogma damnauit, ad quod concilium trecenti decem & octo illuſtres patres ex omnibus gentibus conuẽnerunt, inter quos fuit magnus Euſtathius Antiochenæ eccleſiæ præſul, Paſnutius Aegyptius, aderant Syri, Cilices, Phœnices, Arabes, Palęſtini, Aegyptij, Thebei, Libyes, Meſopotamij, Perſæ, Pontici, Scythæ, Aſiani, Phryges, Thraces, Macedones, Epirotæ. Et ut dicitur Prouerbiorum.14. Vade contra uirum ſtultum.ſ. diſputando.& neſciet labia prudentiæ. Gloſſa, uelut Arrius, qui uerbũ conſubſtantalitatis in patre & filio nunquam inueniri contendebat. Hi prædicti patres diſputabant contra Arrium, & dogma eius deſtructum eſt: Inſuper abſorptum eſt flumen, nam teſte magiſtro ſen.in.3. diſtincti.11. Arrij hæc fuiſſe perfidia legitur, ut Chriſtum creaturam fateretur: ideo effuſa ſunt Arrij uiſcera atq; crepuit medius, diuino iudicio proſtratus in faciem, ea quibus Chriſtum negauerat, fœda ora pollutus, & hoc uirtute orationis ſancti Alexandri epiſcopi Conſtantin. Dixit etiam quod Chriſtus non eſt filius dei ſecundum diuinitatem: de hoc beatus Thomas prima parte quæſtion.27.& 4.contra gen. De ortu Arrij, uide primũ librũ tri. hiſto. Et ut dictum eſt, prima ſynodus Nicena ſub Cõſtantino Auguſto Arrium damnauit.diſtinct.15. Canones. Contra Arrium ſcripſit Maximus Conſtantinopo. nobile uolumen, quod obtulit Gratiano principi apud Mediol. Victor Carthaginen. contra Arrianos librum unum, Didymus Alexandrinus lib. duos. Hilarius ſcripſit contra eoſdem libros.12. Et beatus Ambroſius libro primo de fide cõtra Arrianos, rationibus firmiſſimis & autoritatib. Arrium cõfutat. Et ſimiliter Auguſtinus ſexto libro de trini.& in lib. de hæreſibus. Arriani dicunt ſpiritumſanctum creaturam creaturæ, hoc eſt ab ipſo filio creatum uolunt: ex quo ſequitur quod Arriani in eccleſiæ forma & fide non baptizant.1.quæſtio.1.cap. Hi qui.quia perſo

D

narum inęqualitatem confitentur. Leo Papa in epiſtolā ad imperatorem Cõſtantinum dicit, ꝙ Arriani rebaptizabant Latinos baptizatos in nomine ſanctę trinitatis. Et filium minorem patre poſuerunt, contra illud Ioh. 1. Ego & pater unum ſumus. Vbi eſt ęqualitas patris & filij quod Arrius non intellexit. Auguſtinus: Vtrumq; audias, unum & ſumus, & à Charybdi & Scylla liberaberis, quod dicit unum, liberat te ab Arrio: quod dicit ſumus, à Sabellio. Hieronymus ad Pamma. contra errores Iohã. Hieroſol' Arriani quos optime noſti, propter ſcandalum nominis, homouſion, ſe damnare ſimulabant, uenenaq; erroris circumliniebãt melle uerborum, ſed tandem coluber tortuoſus ſe aperuit, & noxium caput quod ſpiris totius corporis tegebatur, ſpiritali mucrone confoſſum eſt. Et gloſſa ſuper illud Prouerbiorũ octauo: Dominus poſſedit me ab initio, dicit: Pereant ergo qui negãt dei uirtutem & dei ſapientiam, id eſt, Chriſtũ ab initio, imò & ante omne quod dici uel cogitari poteſt, initiũ ab ipſo patre fuiſſe progenitum. Et ſic exclamat Hieronymus: Centurio ante crucem in ipſo ſcandalo paſſionis uere filium dei fatetur: & Arrius in eccleſia prædicat creaturã. Et Didymus Alexandrinus duos libros contra Arrianos ſcripſit, & Victor Cantenæ Mauritaniæ ciuitatis epiſcopus librum unum.

Abelonij uel Abeliani, aliàs Abeloitæ, hos nõnulli dicunt ex filio Adæ nominatos, qui eſt uocatus Abel, qui non miſcebantur uxoribus, & eis tamen ſine uxoribus uiuere ſectæ ipſius dogmate non licebat. Mares ergo & fœminas ſub continentiæ profeſſione ſimul habitantes, puerum & puellam ſibi adoptabant, in eiuſdem coniunctionis pacta ſucceſſores ſuos futuros, morte præuentis, quibuſq; ſingulis alij ſurrogabantur, dum tamen duo duobus diſparis ſexus in illius domus ſocietate ſuccederẽt. Vtrolibet quippe parente defuncto uno remanenti uſq; ad eius quoq; obitũ filij ſeruiebãt. Poſt cuius mortem ipſi etiam puerũ & puellã ſimul adoptabant. Sed dicit Aug.

hæc fuit hæreſis ruſticana in campo noſtro Hypponen-
ſi,ſed paulatim diminuta fuit,qui omnes modo correcti
& catholici facti ſunt.

Achillas epiſcopus Alexandrinus, poſtea apoſtata, fau-
tor Arrij,dixit:Non ſemper deus pater fuit,ſed fuit quã-
do deus pater non fuit. Dei autem uerbum ex non exi-
ſtentibus factum eſt: & alia plura opinabatur, ut habet
primo libro trip.hiſto.cap.13.Hic Achillas ſucceſſit in p̃-
ſulatu ciuitatis Alexandrinæ inclyto Petro martyri pro
pugnatori fidei:ſed Achilla capto & expulſo, Alexan-
der fortiſſimus euangelici dogmatis prædicator, ordi-
natur epiſcopus.

Acephali uel Acephalitæ dicti,id eſt, ſine capite, fue-
rũt Anno domini.458. ſub Leone imperatore & Leone
1. Papa, nullus enim eorum reperitur autor ex quo orti
ſunt. Hi trium Chalcedonenſium capĩorum impugnato
res, duarum in Chriſto ſubſtantiarum proprietatem ne
gant,& unam in eius perſona naturam prædicant,con-
tra illud quod habet. 15.diſt.cap.1.ubi dicitur: Prædicãs
eadem ſancta ſynodus Chriſtum deum ſic natum de uir-
gine, ut in eo ſubſtantiam & diuinæ & humanæ confite
amur naturæ. & extra de hære. cum Chriſtus perfectus
deus & perfectus ſit homo. Mandamus quatenus ſub ana
themate inrerdicas, ne quis de cætero audeat dicere
Chriſtum non eſſe aliquid ſecundum quod homo.Cõtra
Acephalos & eos q dicunt Chriſtum in una tm̃ ſubſtãtia
adorandum, nec acquieſcunt duas in Chriſto cõfitendas
eſſe naturas.Presbyter Iohan. Antiochenus librum com
poſuit.De liberis Acephalorum fit mentio. C. de hære.
l. idem eſt.Sigibertus in chronica ſua: Acephalorum hæ
reſis abdicatur Anno. 526. qui dicunt Paulum in epiſto-
lis præcepiſſe fœminas diaconas debere fieri,quia eas cõ-
memorat poſt diaconos.

Achatius Cæſariæ Palæſtinę, aliâs Conſtantinopol.
Arrianus fuit & in alijs criminoſus fuit, & alietatem cũ
Arrio in diuinitate poſuit; declaratus eſt alienus à nomĩ

ne Chriſtiano.4.lib.hiſto.trip.cap.24.de hoc Achatio dicitur.24.q. 1. Achatius non fuit noui uel proprij inuentor erroris,ut in eum noua ſcita.i.ſtatuta prodirent,ſed alieno facinori ſuam cõmunionem miſcuit,itaq; neceſſe eſt,ut in illã recideret iuſta lance ſententiã,quã cum ſuis ſucceſſorib9 p ꝯniuentiam ſynodalẽ ſuſceperat autor erroris.& di.19.c.Anaſtaſius,qui nutu diuino percuſſus lepra fuit,nam Fotinus diaconus Theſſalo. cõicauit Achatio in hæreſi.Poſt mortem uero Achatij, Anaſtaſi9 Papa cõmunicauit Fotino ſine concilio clericorum, & occulte uoluit reuocare Achatium defunctum in hæreſi, ut orationes pro eo in eccleſia fierent,ideo multi clerici receſſerunt ab obedientia eius.Et.1.q.1.c.dictum eſt, Felix & Gelaſius Achatium ante Anaſtaſium excommunicauerunt, & Hormiſda qui ab ipſo Anaſtaſio tertius eundẽ Achatiũ damnauit. Anno domini.484. ſub Zenone imperatore. Item Gelaſius urbis Romæ epiſcopus ſcripſit aduerſus Achatium epiſtolas, quæ hodie in eccleſia catholica tenentur.

Adamiani hæretici ſic uocati,quia Adæ imitantur nuditatem,unde & nudi inter ſe mares & fœminæ conueniunt.24.q.3.c.quidam.Vel dicuntur Aditæ:& hæc nuditas fuit ante pctm̃, unde & nuptias auerſantur, quia nec ut dicunt priuſq̃ peccaſſet Adam, nec priuſq̃ dimiſſus eſſet de paradiſo cognouit uxorẽ:credunt ergo quod nuptiæ futuræ non fuiſſent ſi non peccaſſet. Nudi celebrãt ſacramenta,& ex hoc paradiſum ſuam arbitrantur eccleſiam: iſta nuditas reprobatur diſt.30. cap. ſi quæ mulier utens uirili ueſte ſciſſa & inclauſa anathematizatur.Et ſic in legenda ſancti Barnabæ apoſtoli dicitur:quadam die uidit Barnabas homines & mulieres nudos currentes & ſua feſta agentes.Indignatus tẽplo maledixit,ſubito pars eius corruens multos oppreſſit.Vnde in ſtatu innocentiæ nõ fuit pudor nuditatis,ſed poſt pctm̃ nuditas eſt opprobrij & confuſionis,& ambulantes nudi cum fœminis concupiſcentiam fouent & nutriunt.

Adamitæ hæretici, alij à prædictis, ſurrexerunt in Bohemia circa annum domini. M.344. ſub Venceſlao imperatore, tempore peſſimi ſchiſmatis, de quib. ſcribit Aeneas Syl. in libro de origine Bohemorum cap.41. & de eorum hæreſibus & abominationibus, & quomō extincti ſunt, quęre infra in Picardo. Vnde Hierony. ſuper Oſee cap.4. Hæretici ſuo errore non ſaturantur, nec ceſſant à turpitudine fornicationis ſuæ, & non cuſtodiendo legem, derelinquunt deū, inſaniunt & inebriātur, & ſpiritu fornicationis poſſidentur. Et.2. quæſtio.7. ſententia Cham filij Noe damnātur, qui ſuorum doctorum uel præpoſitorum culpam produnt: ceu & tam qui uerenda patris nō operuit, irridenda monſtrauit. Et iſti imitabant Adam in turpitudinis confuſione & non in cooperimento honeſtatis. Dicitur enim Apoca.4. Suadeo tibi ut ueſtimentis albis, id eſt, mundis, induaris, ut non appareat confuſio nuditatis tuæ.

Adimantius Manichęi diſcipulus, rationes & diſputationes ſcripſerat contra legem & prophetas, in quibus oſtendere conabatur, quod euangelica & apoſtolica doctrina eis erat cōtraria, ſed Auguſtinus ad illas ſufficienter reſpōdit, & cōtra Adimātium librum ſcripſit, qui incipit: Eodem tempore uenerūt &c.

Aeriani uel Eriani, ab Aerio quodam nuncupati, qui offerre ſacrificium ꝓ defunctis ſpernunt & miſſas negāt applicari pro peccatis, pro ſatisfactionibus, aut pro alijs neceſſitatibus eccleſiæ: quod reprobatur.13. quæſtione.2. cap. animæ. ubi dicitur, animæ defunctorū quatuor modis ſoluuntur. Aut oblationibus ſacerdotum &c. & in c. pro obeuntibus. Sancta eccleſia ſic ſtatuit, ut quiſque pro mortuis uere Chriſtianis offerat oblationes, atque presbyter eorum faciat memoriam. Eccle.7. Mortuo nō prohibeas gratiam. Iſte Aerius cum eſſet presbyter, doluiſſe fertur quod epiſcopus non poterat ordinari, & in Arrianorū lapſus hæreſim, propria quoque dogmata addidiſſe nōnulla dicitur, ut dictum eſt. Nec ſtatuta, ſolenniter ce-

lebranda eſſe ieiunia, ſed cum quis uoluerit, ieiunandū, ne uideref eē ſub lege. Dicebat etiā pſbyterꝫ ab epiſcopo, nulla differentia debere diſcerni. Quidā perhibent iſtos ſicut Euchratitos uel Ampotochtitas non admittere ad communionem ſuam niſi continentes, & eos qui ſeculo ita renuntiauerūt, quod ꝑpria nulla poſſideant, ab eſca tamen carnium nō eos abſtinere dicit Epiphanius, Philaſter uero & hanc tribuit abſtinentiam, ut etiam Augu. in libro de hæreſibus teſtatur.

Aetiani ab Aetio ſunt uocati, diſſimilem patri aſſerentes filium, & filio ſpiritumſanctum, contra illud de conſe. diſtinct.3. cap. ul. Pater & filius & ſpirituſſanctus, unius eiuſdemq́ꝫ ſubſtantiæ, inſeparabili æqualitate, diuinam inſinuant unitatem. Dicunt etiam nullum pc̄tm̄ imputari in fide manentium. 24. q.3. quidam. ſed. 5. lib. hiſt. tri. c.4. dicitur: Aetiani hæretici & eorꝫ ſequaces, catholicis dicti ſunt diſſimiles, & ex non exiſtentiales, quia nomē ſimilitudinis in diuinis abſcindere nitebātur, & per omnia ſubſtantiam atqꝫ uoluntatem diſſimilem eſſe patri apud filium. De hoc infra in Eunomio, & Auguſt. in libro de hæreſibus.

Airani, qui cōtra ſpiritumſanctum impugnant, cū Eudoxianis in erroribus currūt, & fuerūt cōdemnati in ſecūda ſynodo uniuerſali Cōſtantinopol.

Adelphilius fuit princeps Meſſalaniorꝫ hæreticorꝫ, tempore Valētiniani imperatoris, qui ab eccleſiaſtica cōmunione receſſerunt, dicentes: diuinum cibum nec ꝓdeſſe, nec lędere, ut patet in Anthiaſiſtis.

Alexander Aerarius apoſtatauit à fide, & multos circa fidem ſecum merſit, quem Apoſtolus ſatanæ tradidit prima ad Timotheum.1. De quo.2. Timoth.4. Alexander Aerarius multa mala oſtendit mihi, reddet illi dominus ſecundum opera eius: quem & tu deuita, ualde enim reſtitit ꝟbis meis. Gloſſa prima, Iohānis quinto, Stephanus orauit pro illis, qui gratiam dei non acceperunt: Paulus pro Alexādro nō orat, quia cum iam frater erat,

fraternitatem impugnabat. Item Alexander reuerſus ad apoſtaſiam, fabricabat ædes Dianæ apud Athenas, & omnes contra Apoſtolum commouit: Quære de Alexã. in Hymenęo.

Alogi alias Alogiani uocant, tanq̃ ſine uerbo: logos enim Græce, Latine uerbum dicit: deum enim uerbum nõ credunt, cõtra illud Iohan.1. In prin. erat uer. Reſpuentes Iohan. euangeliũ & Apoc. Augu. in lib. de hæ. Has uidelicet ſcripturas negant eſſe ipſius Iohan. &.24. q.3. quidam indigne reſpuunt euangelium Iohannis, qui ut aquila ſuum euangelium cæteris ſublimius, ſubtilius, & plenius conſcripſit.

Almareani dixerũt ꝙ deus eſt anima cæli, quod reprobat Thom.1. par. q.3. ar.8. quia deus in cõpoſitionem aliorũ nõ uenit. Et in lib. de cauſis dicit: Cauſa prima regit om̃es res, præterq̃ quod cõmiſceatur aliis.

Almaricus Anno. 1204. ſub Othone IIII. & Innocentio III. Cæſarius in dial. diſtinct.5. dicit eodem tempore quo manifeſtatę ſunt hæreſes Albigenſiũ in Pariſienſi ciuitate, in qua eſt fons totius ſcientiæ & puteus diuinarum ſcripturarum, quibuſdam uiris literatis perſuaſio diabolica peruerſum inſtillabat intellectum, quorum Almaricus magiſter prauitatis fuit, dicebant enim non aliter eſſe corpus Chriſti in pane altaris, quàm in alio pane & in qualibet re. Sicq; deum locutum fuiſſe in Ouidio ſicut in Auguſtino. Negabant reſurrectionem corporum: ſimiliter paradiſum & infernum negabant, ſed qui haberet cognitionem dei in ſe, quam ipſe, haberet in ſe paradiſum, qui uero peccatum mortale haberet, infernũ, haberet in ſe, ſicut dentem putridum in ore. Altaria, ſanctos, ſtatua, & imagines thurificare, idololatriam eſſe dicebant. Tanta audita peruerſitate conſilio epiſcoporum & Theologorum ducti ſunt in campum, & corã uniuerſo populo ſunt degradati, & in aduentu regis Franciæ aduſti. Qui mente obſtinata, nullum ad interrogata dant reſponſum, in quibus in ipſo mortis articu-

lo nullum poterat perpendi iudicium. Cum aūt ducerentur ad tormēta, tanta eſt orta aeris inclemētia, ut nemo dubitaret, quin ab eis aer fuiſſet concitatus, à quibus tantus error morietibus fuerat perſuaſus. Et Almaric⁹ à generali concilio Romæ condemnatus eſt & excommunicatus, in cāpo ſepultus & exhumatus, & cinis & oſſa eius per ſterquiliniū ſunt diſperſa. Et merito, quia ſcđm Brixienſem pro crimine hæreſis poteſt quis poſt mortē excōicari & damnari. 23. q. 2. c. finali. Dixit etiā ꝙ ſi Adā nō peccaſſet, non fuiſſet diſtinctio ſexus, ſed fuiſſet multiplicatio hominum ſicut angelorum. Item ꝙ deus non uidetur in ſe, ſed in creaturis, ſicut lumē in aere. Item ꝙ illud qđ aliâs eſt peccatū mortale, factum in charitate non eſt peccatum, impunitatē pctōꝝ promittens. Affirmabat ideas quæ ſunt in mente diuina & creare & creari poſſe: cū in mente diuina, teſte Aug. nil niſi æternum & incommutabile ſit: & Gerſon in trac. 3. ſuper Magnificat. Almaricus & ſimiles hæretici, dicebant mentem contemplatiui uel beati perdere ſuum eſſe in proprio gñe, & redire in illđ eſſe ideale, quod habuit eſſentialiť in arte diuina. Et ſunt 26. errores Almarici, ut colligiť ex chronica ſummorum pontificū, tēpore Innocē. III. & extrà de ſum. tri. & fi. ca. diciť. Reprobamus & cōdemnamus peruerſiſſimum dogma impij Almarici, cuius mentem pater mēdacij ſic excæcauit, ut eius doctrina nō tam hæretica quàm inſana ſit cenſenda. De Guilhelmo eoꝝ propheta quære infrà.

¶ Agapetarum hæreſis, ſcđm Hierony. ad Euſto. de cuſto. ỽg. in eccleſias introiuit. Pudet dicere, proh nefas triſte, ſed uerū eſt: unde ſine nuptijs aliud nomē uxoꝝ, imò nouum concubinaꝝ genus plus in fœmina, unde meretrices uni uiro eadem domo, uno cubiculo, ſæpe uno tenentur lectulo. Et ſuperſtitioſos nos uocāt, ſi aliquid exiſtimamus, frater ſororem deſerit cęlibem, ſpernit uirgo germanum fratrem, quærit extraneum. Et cum in eodē propoſito ſe eſſe ſimulant, quærūt alienoꝝ ſpēale ſolatium, ut domi habeāt carnale commerciū. Quære in Elpi-

dio, Hierony. ad Oceanum de uita clericorum: Te detrahentium morſibuu tradidiſti, ſi Agapetarum cõſortium non dimiſeris.

¶ Algazel poſuit ꝙ peccatoribus hæc ſola pœna reddetur, ꝙ affligenť pro amiſſiõe ultimi finis. De hoc b. Tho. 3. lib contra gen. cap. 145.

¶ Albaſini, hi ſunt qui & Indiani, de quibus infrà.

¶ Albigenſes, de quibus ſic dicit Cæſarius Ciſter. in. 5. diſt. dialogi: Tẽporibus Inno. papæ, inuidia diaboli hæreſes Albigenſiũ cœperunt pullulare tam ualide, ut om̃e triticum fidei gentis illius ỽſum uideretur in lolium erroris. Et eorum errores fuerunt, nã hæreſiarchæ eorum quædam collegerant puncta ex dogmate Manichæi, quędam ex erroribus quę in Periarchon ſcripſiſſe fertur Origenes, plurima etiam quæ de ſuo finxerunt adijcientes. Duo credunt cum Manichæo principia, deum bonum & malum. i. diabolum, quem omnia creare corpora: ſic deũ bonum, omnes animas. Corpoꝝ reſurrectionem negãt: quicquid beneficij mortuis à uiuis impendiť, irrident: Ire ad eccleſias uel in eis orare, nihil dicunt prodeſſe: Baptiſmum abijciunt: Sacramentũ corporis & ſanguinis Chriſti blaſphemant: Et ꝙ anima ſcd̃m meritum, per diuerſa tranſit corpora, etiam animalium & ſerpentum, ſi male uixit: ſi aũt bñ, intrabit corpus alicuius principis uel alterius illuſtris perſonæ. Item intantum error illoꝝ inualuit, ut breui interuallo temporis infecerit uſq; ad mille ciuitates, & ſi nõ fuiſſet gladijs fideliũ repreſſus, puto ꝙ totã Europã corrupiſſet, & Chriſtiani miſſi erant cõtra eos, & in ciuitate Biders, quæ expugnata fuit per Chriſtianos, ipſi Albigẽſes ſuper uolumen ſacri euãgelij mingentes, de muro illud contra Chriſtianos proiecerunt, & ſagittis poſt illud miſſis, clamauerunt: ecce lex ueſtra miſeri. Item quidã in Tholoſa in odium Chriſti & in cõfuſionẽ fidei, iuxta altare maioris eccl'iæ uẽtrem ſuũ purgauit, & palla altaris ipſas immunditias deterſit. Quidã coꝝ ſupra altare ſcortum poſuerunt in conſpectu cruci-

ſixi,eo ibi abutētes: poſtea ipſam ſacram imaginē detrahentes,brachia ei præciderunt,& crucifixi collo fune alligato per plateas illum traxerunt cum magnis blaſphemijs,& crux fuit prædicata cōtra ipſos exercitus dñi Albigēſis,Memelinū potentiſſimū Afroꝝ regē de Marioch in auxiliū ſibi inuitauerūt,qui de Africa in Hiſpanias cū tā incredibili multitudine uenit, ut totam Europā ſe obtinere poſſe ſperaret. Mandauit etiā Innocētio papæ,qa equos ſuos in porticu eccleſię b.Petri debebat ſtabulare, & ſuper illam uexillum ſuū figere:quod ex parte impletum eſt, & ſi ſecus q̄ ipſe cogitaſſet: & quia deus frangit omne ſuperbum.Eodem tempore.ſ.anno.1212.17.calen. Auguſti,de exercitu eius.60.millia pugnatorum ceciderūt.Ipſe uero in Siciliā tranſiens ex dolore mortuus eſt, cuius uexillum principale in bello captū,Innocentio eſt tranſmiſſum,& in eccleſia prædicta ad Chriſti gloriam ē erectum.Simile habeť.2.Macha.ultimo:Omnes ciues benedicebant dominū dicētes: Benedictus qui locum ſuum incontaminatum ſeruauit. Suſpendebant aūt Nicanoris caput in ſumma arce,ut euidens eſſet & manifeſtū ſignū auxilij dei.Et Simon Montis fortis uir Chriſtianiſſimus, his hereſum tumultibus uiriliter occurrit cum quibuſdā epiſcopis & abbatibus & b.Dominico,non ſolum diſputationibus & prædicationibus,ſed etiam armis,eo ꝙ cētum milia hæreticorum cum octo millibus catholicis fūdiſſe & interfeciſſe ferať,ut dicit Anton.3.parte ſpe.hiſt. ti.19.ca.1.Item multi ex eis fuerūt capti:cumq́ captis daretur optio,ut quicunq; hæreſim abiuraret,liber recederet,centū octoginta ex eis obſtinati, potius cōburi q̄ hæreſim abiurare elegerunt,quod & factū eſt: & refert Vincent. 30.li.ſpe.hiſt. B.Dominicus decē annis permāſit in illis partibus in prædicationis officio,& hæreſis extirpatione,alijs ad ꝓpria redeuntib. Et dicit hæreſis Albigenſium,quia in partib. Albigenſiū iſte morbus hæreticalis increuit,& Lodouicus rex Francoꝝ de Albigēſio etiā comitatu Tholoſano hæreticos debellauit. Et Iacobus de

Vitriaco crucem in Francia contra Albigenſes prædicauit,& multos ad ſignum crucis accipiẽdum prouocauit. De hoc in lib.1.apum,ca.22.

Albanenſes,Bagnolenſes,uel Baiolenſes,& Concordenſes,uel Cozorẽſes, ut dicit Anton.4.parte ſum ti.11. ca.7.in multis erroribus peſſimis cõcordant,licet in paucis diſcordent.Ponunt duo principia,unum penitus bonum &c.Item ꝙ deus non creet,nec infundat nouas animas. item ꝙ Chriſtus nõ habuit ueras pœnalitates: & ꝙ non eſt deus: nõ aſſumpſit carnem de uirgine, ſed duxit carnẽ de cælo: ꝙ nõ fuit uerus homo:nec uere comedit: nec fuit paſſus in cruce: nec mortuus,nec reſurrexit, nec aſcẽdit, & ꝙ non eſt reſurrectio corpoꝝ:& ꝙ uetus teſtamẽtum non eſt à uero deo: ꝙ Moſes fuit malus: & quod Adam non fuit à deo,& quod ante Chriſti aduentũ non fuerũt aliqui boni, ꝙ baptiſmus nullius eſt efficaciæ. Itẽ ꝙ obeſt ſubdito & ſacramẽto mala uita prælatoꝝ:ꝙ nullus malus põt eſſe eps̃:ꝙ eccl'ia nõ poteſt aliquid poſſidere,niſi in cõi,ꝙ non poteſt excõicare:nec debet perſequi malos:nec põt facere cõſtitutiones:ꝙ ſacramentũ altaris & extremæ unctiõis,& pc̃tm̃ originale nihil eſt:& pc̃tm̃ non eſt à libero arbitrio: & ꝙ nõ põt quis confiteri poſt pc̃tm̃:ꝙ infernus & purgatoriũ nihil ſunt:ꝙ bonus deus uiuificat,& nõ occidit: & ꝙ malus de⁹ uilificat & occidit corpora:q̃d mũdus ſp fuit & ſp erit:q̃d matrimoniũ malũ eſt,q̃d uſura nõ eſt ꝓhibita:nec tenet qs reſtituere ablata:& q̃d hõ põt dare ſpm̃ſc̃tm̃. Et iſti cõueniũt cũ Albigẽ.Vbi nota, q̃d Albanẽſes ſunt de pr'ia ſecta Catharoꝝ, & Cozorenſes de ſecũda,& Baiolenſes de tertia ſecta eorundẽ,& eoꝝ hæreſes colligunt ex li.inquiſi.Hemerici.

Ampotactitæ ſicut Aeriani & Encratitæ, nõ admittũt ad communionem ſuam,niſi continẽtes,& ſeculo renũt. ſecundum Auguſt.quære in Aerianis.

Agareni,qui & falſo nomine dicuntur Saraceni, filij Chriſtianorum,quando enim Mahometus à Sergio deceptus fuit, eos decepit:& relicto CHRISTO, Maho-

meto adhærent: & ſic ſunt Chriſtiani renegati, aliqd credentes non ut Chriſtiani, q.ſ. unus eſt deus, ſed tres perſonas negant, & q Chriſtus fuit homo uerus, ſed non deus: & ſic de aliis erroribus, qui continentur in libro eorum qui Alkoranus dicitur, quem nominat diuinorum mandatorum collectionem, in quo fides Mahometi continetur, & eſt reſperſus liber ille abeminationibus hæreſum, & ſpurcitiis fornicationum & uitiorum.

¶Ampotactitæ, ſicut Aeriani & Eucratitæ, non admittunt ad cõionem ſuam, niſi continentes & ſeculo renuntiantes, ſcdm Aug. in li. de hære. quære in Aerianis.

¶Angelici. Hoc nomen ſibi ſumpſerunt, quia angelos pro diis coluerunt, ut dicit Iſid. 8. li. ety. & reprobatio huius hæreſis ponitur in Caianis ſuprà. Et Aug⁹: Angelici in angelorum cultu inclinati ſunt, quos Epiphanius iã omnino defeciſſe teſtatur.

¶Anaſtaſius imperator Conſtantiñ. infectus hæreſi Eutichiana, incœpit regnare anno domini 483. & imperauit annis 25. hic multos epiſcopos catholicos in exiliũ miſit, & multos fideles afflixit, ſecundum Anto. 1. parte ſpe. ti. 6. ca. 1. Nec epiſcopo Cõſtantinopol. nec papæ, nec legatis papæ obedire uoluit: ſed dixit potius papam obedire imperatori debere, q̃ ab ipſo obediri. De hoc Greg. in li. dialogorum.

¶Anaſtaſius alius, de quo ſuprà in Achatio, anno 489. hic fuit papa, primo bonus fuit, ſed poſtea ſeductus eſt ab Achatio, & qa uoluit reſtituere Achatium occulte, licet non potuerit, diuino iudicio percuſſus eſt, inteſtina eiiciendo. diſt. 19. Anaſtaſius: Hæretici enĩ aliquã bonæ operationis arcem conſcendere uidentur: quia tñ compagem unitatis eccleſiæ non habent, quaſi patentibus & nõ ſolidis laterũ præſidiis ad uitiorum infima dilabuntur, dũ diuino deſtituti auxilio pertinaciæ ſuæ faſtu intereunt: & iſte fuit ſecundus infamis papa: quia primus Liberius qui fauebat Arrianis, iſte Neſtorianis, ubiq; concurrente ueſania imperatorum.

¶Andiani. De quibus C. de hære. & Manichæ. l. Arriani. ubi nota ꝙ anno dñi. 344. Andeus in Syria clarus habebatur, à quo hæreſis Andiana orta eſt, ſub Iulio. 1. papa & Conſtantio & Conſtante, & ſunt Manichæi Andiani. De hoc Andeo. 1. li. hiſt. tripar. c. 11. ubi dicit: Syrus quidam gñe, & lingua pariter, Andeus noie, ex ueſania Manetis aſperſus &c̄.

¶Anthiaſiſtæ. Hi operationem manuũ quaſi malignã reputantes, ſomnoq; ſemetipſos mancipant, & iniquitatum phantaſias, prophetias appellant, & ab eccleſiaſtica cõione receſſerũt, nullam uirtutem ſacramẽto altari tribuentes. De principibus huius hæreſis, uide in Meſſalanijs, de quibus. 7. li. hiſt. tri. c. 11.

¶Antichriſtus erit ultimus hæreticus. Glo. ſuper illud Lucæ. 17. Et dicent uobis, ecce hic, ecce illic, nolite ire, neq; ſectemini, dicit: Multi hęretici fuerunt & futuri ſunt, quorũ primus Simon magus, ultimus Antichriſtus. Ipſe eſt illa beſtia Apoc. 13. quæ aſcendit de mari. i. de Iudæis, qui amariſſime Chriſtum crucifixerunt, de tribu Dan, quæ fuit uiliſſima tribus Iſrael. Et ſecundum Albertum, Apocalyp. 13. uocabit ſe ſolem iuſtitiæ, & gigantem geminę ſubſtantiæ, id eſt, diuinæ & humanæ, faciet ſe uocari Antheos. i. Chriſto contrarium, & Arneome quod interpretatur nego, quia negabit Chriſtum eſſe deum, & affirmabit ſe eſſe deum.

¶Annianus, ut dicit Hiero. in epl'a ad Alipiũ, & Aug⁹, fuit pſeudo diaconus Celidenſis, diſcipulus Celeſtij, contra cuius libros ſcripſit Hieronym⁹ blaſphemias plures. Primo non ſcripſit ex cauſa quam allegat in dicta epiſtola, ſubiungit tamẽ: Nec grande eſt ineptiſſimis nenijs reſpondere: ſi aũt dñs uitam tribuerit, & notarioꝝ habuerimus copiam, paucis lucubratiunculis reſpondebimus, non ut conuincamus hæreſim emortuam, ſed ut imperitiam & blaſphemiam noſtris ſermonibus confutemus.

¶Antemius epiſcopus Conſtantiñ. duas in Chriſto naturas negabat. Hunc, ut dicit Ado, Agapetus primus pon

tifex Ro.& confeſſor,ingreſſus Conſtātinopolim ad Iuſtinianum imperatorem depoſuit, & in eius loco Menā catholicum conſecrauit.

Antropomorphitæ,dicti ab Antropomorpho, anno 949.ſub Berēgario imperatore & Agapeto papa in citra Paduana prouincia hæc hæreſis incepit, ſed parum durauit.Bracherius Veronenſium eps doctiſſimus,& cæteri comprouinciales epiſcopi,uirili aio occurrētes,eā extermınarūt.Et dicti ſunt q̃d ſimplicitate ruſtica deū habere humana membra,quæ in diuinis libris ſcripta ſunt, arbitranṫ.Antropos cm̄ grꝑce,latine hō interpretaṫ. Ignorātes uocē dñi, quæ ait: Spūs eſt deus, incorporeus eſt em̄: nec em̄ mēbris diſtinguiṫ, nec corporis mole diſtēditur, ut dicit Iſid.contra q̃s b.Tho.1.contra gen.c.21.diſputat. & cōtra q̃s ſcripſit Theophilus Alexā. longiſſimā diſputationē,in qua eos confutauit, & diuinaꝝ ſcripturarum teſtimoniis cōuicit. Dicit Iſaac in.x.collatione patrum, quas Caſſianus fecit,quod Theophilus Alexandrinus cōdemnauit hæreſim Antropomorphitaꝝ, in quo morbo abbas Serapion in antiqua ætate fuit corruptus, quē patres non potuerūt reducere ad tramitem ueræ fidei, ſed Photinus diac.qui uenit de Cappadociæ partibus,eū cōuertit,& facta eſt lætitia inter eos.

Antidicomaritæ,uel ſecūdum Augu.Antidicomarianitæ,ſic appellati ſunt, eo quod Mariæ uirginitati contradicūt,aſſerētes eā poſt Chriſtū natū uiro ſuo fuiſſe cōmixtam:Contra illud de uer.ſig.c.Ioſeph.Hoc loco quidā peruerſiſſime ſuſpicanṫ,& alios filios Mariā habuiſſe, cum mos diuinaꝝ ſcripturaꝝ ſit, ut primogenitū nō uocent quem fratres ſequunṫ,ſed eū qui primo natus eſt.Et contra illud.27.q.2.genuit.Cum audieris uiꝝ,non ſubeat ſuſpicio nuptiaꝝ.Et dicunṫ quaſi cōtradicētes Mariæ: quæ tamē cūctas hæreſes ſola interemit in uniuerſo mūdo.De his.24.q.3.quidam,& in Eluidio. Maximus in ſer. Mater uirgo uniuerſam prauitatem hæreticam ſola contriuit.Alius illam non de ſubſtātia ſuæ carnis Chriſtum

edidiſſe, dogmatizauit. Alius eã paruulum non peperiſſe ſimulabat. Alius partum uiro genitum blaſphemabat. Alius dei matrem audire non ſuſtinens, magnũ illud nomen theotocos impiĳſſime ſugillabat, ſed cõtriti ſunt inſidiatores, conculcati ſunt ſupplantatores, confutati derogatores, & beatam eam dicent omnes generationes.

Alexander hæreticus & latro, de quo ſic dicit Euſebius Cæſa. li. 5. hiſt. eccle. c. 19. ſciendũ quod Alexander apd̃ Aemilium Fontinũ ꝓconſulẽ Epheſi iudicatus eſt, nõ ꝓpter nomẽ Chriſti, ſed propter quædam latrocinia: nã à Chriſti nomine iam apoſtata extiterat, nec in eccl'ia patriæ ſuæ receptus eſt, ubi latro eſſe ab omnibus noſcebatur. Quod ſi q forte minus his quæ dicimus accõmodandam exiſtimãt fidem in archiuis publicis apud Epheſum geſta ſeruantur.

Apellitæ, uel Appellanionitæ ſecũdum Cyprianum, quorum autor Apelles fuit, in Græcia anno. 170. qui dicebat deum quem colebat, ignorabat, & creatorem angelum, neſcio quem glorioſum, ſuperioris dei faciẽs, deum legis Iſrael illum ignem affirmans, qui dixit Chriſtum non in ueritate deum, ſed hominẽ in phantaſia apparuiſſe contra illud extra de hæreticis, cum Chriſtus perfectus deus & perfectus ſit homo. Mandamus quatenus ſub anathemate interdicas, ne quis de cætero audeat dicere, non eſſe aliquid ſecundum quod homo. Idem Apelles dixit Chriſtum carnem ex elementis mundi accepiſſe, quã mundo reddidit, cum ſine carne reſurgẽs in cælum aſcẽdit. Item Apelles prophetas contrario ſenſu aſſerit inſpiratos, ſequens perſuaſionem uirginis cuiuſdam actæ ſpiritu dæmonis, nomine Philamine, ut dicit Euſebi. 5. lib. capi. 13. & ut Rhodo Romæ eruditus ſcribit in hex. Apelles ꝙ plurima aduerſus legem Moyſi cõſcripſerat impia, & aduerſus totã legẽ blaſphemias protulerat: hic Apelles ſecũdum Auguſtinum de hære. duos introducit deos, unũ. ſ. eſſe principiũ, deũ. ſ. & bonũ, & ab illo factũ alterũ, q cũ malign⁹ eẽt inuẽtus in ſua natiuitate mundũ feciſſe,

hunc Theodocion uir eruditiſſimus hæreticiſſimum appellàt, & ſuis ſcriptis percommode deridet. Error iſtorum etiam cõfutatur in Gnoſticis & Simoniacis, de Apelle infra in Baſilidæ. Item Apellite & multi alij hæretici, qui unitatem eccleſiæ ſeparare prauo dogmate uolebãt. Hũc verſiculum ex epiſtola ſancti Iohan. Omis ſpũs q cõfitetur Ieſum Chriſtum in carne ueniſſe eſt ex deo, raſerunt, ne per omia erroris cõuincerentur.

Apocaritæ. Hi fuerũt uiperæ Manichæorum, de quib. C. de hære. l. Arriani.

Apollinaris. 1. Apollinaris. 11. Libro. 5. hiſto. trip. capi. 44. dicitur, quod tempore Conſtantij in Laodicia Syriæ duo erant uiri, uno nomine nũcupati, pater atq; natus. uterq; dicebatur Apollinaris, pater presbyterij dignitate functus, filius autem habẽs lectoris officium, Græcorum ambo doctores eloquiorum. Pater erat grãmatic⁹, filius erat rhetor. Pater nanq; cum fuiſſet Alexandrinus genere, & pri⁹ docuiſſet in Beritho, poſtea uenit in Laodiciam, ubi duxit uxorem, & filium habuit Apollinarẽ. Hi dicebant animam à deo uerbo in diſpenſatione incarnationis non aſſumptam. Deinde pœnitentia ducti corrigentes ſemetipſos, adiecerunt animam quidem aſſumptam, quæ tamẽ non haberet mẽtem, ſed deum uerbum eſſe pro mente in homine aſſumptum. Et ſecũdum Auguſtinum in de hære. contentioſiſſime dixerũt uerbum carnem factum, hoc eſt, uerbi aliquid in carnem conuerſum atq; mutatum, non autem carnem de Mariæ carne ſumptam. Eſitius Leui. decimoquarto: Venter mentem ſignificat. Cum ergo qui pro nobis paſſus eſt, mẽtem humanam habuiſſe minime dubitamus, cõtra quoſdam hæreticos, qui Chriſtũ Apſichen, id eſt, ſine mente dixerũt. Item dicit Grego. Niſenus: Apollinaris hæreticus aſſerit quod Chriſtus nõ habuit ſecũdum terrenam naturam, propriam uoluntatem, ſed ſolum in Chriſto eſt uolũtas dei, qui de cælo deſcendit. Et dixit Apollinaris animas ab animabus generari, ſicut à corporib⁹ corpora, quod

impugnat beatus Thomas.2.q.contra gen. cap.86.Et ſic pater docuit filium,& paruulo reliquias hęreſis dimiſit. Vulgo dicit: taurum in ucpribus ſequit patrem ſua proles.Ab iſtis duobus uocati ſunt Apollinariſtæ uel Apollinariani uel Apollinarij.Et contra Apollinarem b. Ambro.librū fecit, & Theodorus Antiochenæ eccleſiæ preſbyter aduerſus Apollinariſtas.15.li. compoſuit de incar. domini,& in.4.li.cōtra gen. Tho.diſputat cōtra eundē.

Apoſtolici hoc nomē ideo ſibi ſumpſerūt, quod nihil poſſidentes, nequaquam recipiūt illos qui aliquo in hoc mundo utuntur,ſecundum Iſid.contra illud.30.diſt.hæc autem ſcripſimus,diuites cum operibus bonis nō abijcimus,& religionem deo acceptiſſimam eſſe dicimus.Apoſtolici ſic cognoſcunt,ut dicit Nicola.Emericius in li.inquiſi.induunt tunica alba longa, & deſuper mantello albo ad collum,per modum pallij eleuato ſuper tunica, funiculo aſtringuntur,crines longos deferunt,caput non cooperiunt,nudis pedibus incedunt,per mūdum diſcurrunt,nulli obediunt &c.Hi ut dicit Auguſtinus de hære. apoſtolos ſe eſſe arrogantiſſime uocauerunt, eò ꝙ in ſuā communionem non acciperent utētes coniugibus & res ꝓprias poſſidētes,quales habet catholica eccleſia,& monachos & clericos,ſed ut dicit Tho.3.contra gen. ca.127. ideo iſti hæretici ſunt,qm̄ ſe ab eccleſia ſeparantes, nullam ſpem putant eos habere,qui utūtur iſtis, quibus ipſi carent.Et Aug⁹.Eucraticis iſti ſimiles ſunt,nam & Apotacticæ appellantur,ſed alia neſcio quæ propria hæretica docere perhibent.

Aquarij, iſti appellati ſunt quod aquā ſolā offerūt in calice ſacramenti.23.q.3.quidā Tho.3.parte.q.74.Aquam ſolam ſub ſpecie ſobrietatis in hoc ſacrificio offerūt. Et Aug⁹.ut ſuprà,non illud offerūt quod omis eccleſia.Qđ reprobat de conſe.diſt.2.c.1. non debet in calice domini aut uinum ſolum,aut aqua ſola offerri, ſed utrunq; permixtum offeratur.

Aquila fuit Iudæus,qui poſt aſcenſionē domini ad fi-

dem fuit conuerſus, & primã tranſlationem bibliæ fecit de Hebraico in Græcum, tempore Adriani imperatoris, anno.1030.tempore Sixti papæ, ſed poſtea in hæreſim lapſus eſt. De quo Irenæus ſcribens, dicit: Deus homo factꝰ eſt, & ipſe dominus ſaluauit nos, & dedit ſignum illud q̃d de uirgine ſcriptum eſt, & non ſicut quidam dicunt eorũ qui auſi ſunt aliter interpretari ſcripturas, & aiunt: Ecce iuuẽcula in uentre concipiet & pariet filium: ſicut interpretatus eſt Theodotion Epheſius, & Aquila Ponticus, ambo Iudæi proſelyti, quos ſecuti Ebionitæ, qui dicunt Chriſtum de Ioſeph natum. Hieron. ad Pammac. de optimo genere interpretandi: Aquila proſelytus & contentioſus interpres proijcitur à nobis. Auguſtinus.15.de ciuitate dei ca.23. Aquilam interpretem Iudæi cæteris anteponunt.

Archantiaci, à principibus appellantur, quia uniuerſitatem quam deus condidit, opera eſſe archangelorum defendunt, contra illud.23.diſt.qui epiſcopus. Vnus deus creator omnium quæ ſunt. Vel Archantici ſecũdum Auguſt. Et etiam operantur quandam turpitudinem: & reſurrectionem carnis negãt.

Artatorritæ, uel Artateritæ, ab oblatione uocati, uel ſcd̃m Aug. quibus oblatio eorũ hoc nomen dedit. Panem enĩ & caſeum offerũt, dicentes: A primis hominibus oblationem à fructibus terrę & ouium fuiſſe celebratã. Hos Pepuzanis iungit Epiphanius. Hi tñ non cõficiunt, ſicut nec hi qui in melle, aut lacte, aut quauis alia inconuenienti materia cõſecrare contendũt. De cõſe.diſt.2.c.cũ omne. & ibidem c.1.in ſacramentorum oblationibus, quę inter miſſarũ ſolennia afferuntur dño, panis & uinũ aqua pmixtum ſacrificium offerãtur: & omnes euãg. aſſerunt idẽ, & de caſeo nihil dicunt.

Arabici nuncupati, eò ꝙ in Arabia exorti ſunt, dicentes animam cum corpore mori, atq; in nouiſſimo utrũq; reſurgere.24.q.3.quidam dicit Aug. in de hær. quoniam nullum horum Euſebius ponit autorem, Arabicos poſſu

mus nuncupare: & hos diſputatione Origenis, præſentis & eos alloquentis, celerrime dicit fuiſſe correctos. Nã hæreticorum doctrina fragilis & inutilis à ueritate conteritur & diſſipaẗ. Et Iohannes Chryſoſto. aduerſus Arabes de reſur. mortuorum, qui animas mori cum corpore dicunt, libros duos dictauit. Leui. 13. dicit Iſido. In carne uiuam lepram geſtat, qui de anima quæ uita carnis eſt, aliquid falſum exiſtimat, ſicut Arabici, qui animam mori cum corpore putant.

Armeni proprium habent primatem, quem catholicum appellant, cui obediunt uelut alteri papæ. In celebratione natalis domini errãt, quia in die epiphaniæ natiuitatem domini celebrant. Quadrageſimam obſeruãt quàmſtricte. Sacerdotes eorum in miſſis aquam uino nõ apponunt, ſicut nec Græci: clerici portant coronas latas & rotundas: & laici eorum tonſi ſunt capitibus in modũ crucis: in ſextis ferijs carnes comedunt: & Surianis contrariantur.

Artalis Arrianus, dixit q̀ deus conuertibilis eſt per naturam, ſicut & uniuerſa rationalia, peregrinum & quod extraneum ſit uerbum ab æterna ſubſtantia, & inuiſibilis eſt filio pater: & hic epiſcopus fuit, de quo. 1. li. tripar. hiſt. c. 13. Hic eſt notandum, q̀ omnes qui ſequebantur Arrium, peccabant: & ſic Gregorius communionem Arrij uocat excæcationem. 1. quæ. 1. ca. ſquod quidam. Ignatius in ep̃la ad Philadelphienſes: Quicunq; ſeparatum à ueritate fuerit ſecutus, regnum non hæreditabit: & qui non diſceſſerit à falſiloquo prædicante, in gehẽnam damnabitur.

Arnaldiſtæ, Hi ſingulis annis Romæ in cœna domini excõicantur. & extra de hære. c. excõmunicamus, ubi dicit Io. An. in nouella. fortè ſic iſti dicunẗ à nominibus inuenientium iſtas ſectas, ſicut Donatiſtæ à Donato, & Dulciniſtæ noſtri temporis à Dulcino: quæ aũt fuerit hæreſis eorum, nondum legi. & C. de hære. l. Gazaros. perpetua damnanẗ infamia.

Arnaldus Brixianus, unus de complicibus & cohæreticis Petri Abailardi, de quo inquit ſanctus Bernardus in epiſto. ad Innocen: papam: Procedit Golias. ſ. Petrus iſte procero corpore, nobili illo ſuo bellico apparatu circũmunit⁹, ante ſe quoq; eius armigero Arnaldo de Brixia: ſquama ſquamæ coniungit, ſiquidem ſibilauit apis quæ erat in Francia api de Italia, & uenerunt in unum aduerſus dominũ & aduerſus Chriſtũ eius &c̃. & magnis efferunt laudibus philoſophos, adinuentiones eoꝝ, & ſuas nouitates catholicoꝝ patrum doctrinæ præferunt & fidei. De eodẽ idẽ ad epm̃ Conſtantien. Homo eſt neq; mã ducãs neq; bibẽs, ſolo cũ diabolo ſitiens ſanguinẽ aĩaꝝ: execratus à Petro apl̃o, adhæſerat Petro Abailardo: cuius errores ab eccl̃ia dãnatos, defendere pertinacit̃ conabatur, inimicus crucis Chriſti, ſeminator diſcordię, fabricator ſchiſmatum. Et idem ad Guidonẽ legatũ: Arnald⁹ de Brixia, cuius cõuerſatio mel, & doctrina uenenũ: cui caput columbę, cauda ſcorpiõis eſt, quẽ Brixia euomuit, Roma exhorruit, Francia repulit, Germania abominat̃, Italia non uult recipere.

Arnoldus de uilla noua in partibus Catelloniæ, magnus medicus, edidit multos libros, in quibus erãt hmõi errores. ſ. q̃ natura humana à deo aſſumpta, eſt æqualis deo in oĩbus bonis ſuis: & q̃ tãta ſit humanitas Chriſti, quantum diuinitas, & tñ poſſit: & q̊d diabolus ingenioſe fecit totum ppl̃m Chriſtianum deuiare à ueritate dñi Ieſu Chriſti: & quod fides quã habet, eſt talis, qualis fides dęmonum, & q̊d tõt⁹ ppl̃s Chriſtianus ducit̃ ad infernũ. Item q̊d oẽs clauſtrales ſunt extra charitatẽ & damnant̃: & quod oẽs falſificant doctrinã Chriſti, & malefecerunt theologi, qui aliqd de philoſophia poſuerunt in ſuis opibus, damnãdo totaliter philoſophiam: & quod opus medicinæ plus placet deo, q̃ ſacrificium altaris: & faciens celebrare miſſas poſt mortẽ, nõ facit opus charitatis: & q̊d in ſacrificio altaris ſacerdos offerẽs, nihil deo offert, neq; etiam uoluntatem: & quod in eleemoſyna magis re-

præſentatur paſſio Chriſti, q̃ ſacrificio altaris: & in conſultationibus papalibus non eſt ſcientia niſi operum humanorum: & quod nunq̃ deus comminatus eſt æternam dãnationem peccantibus, ſed malum exemplum præbentib. & quod anno ab incarn.domini.1335. erit mundi finis totaliť. Iſtæ hæreſes damnatæ ſunt Trachonæ per fratrem Iohannem de Longio, ordinis prædicatorum, & per dominum Ganfredum de Crudillis uicarium Trachonenſem, ſede uacante.

Anominij uel Anominiani, qui latine ſine lege dicũtur: concidunt cum Enominijs, & damnati ſunt in ſecũda ſynodo uniuerſali Conſtantinopolis.

Artemo, anno.204.ſub Seuerino papa, fuit de ſecta Arrianorum, ſicut Paulus Samoſitanus, & ab eccleſia excluſus, 1.libro hiſto.triparti.capite.4.& hæc hæreſis fuit anno.263. & Mariæ uirginitati contradicebat, & Mariã dixit Ioſeph commiſcuiſſe, & alios filios procreaſſe. Hũc Artemonem patriarcham Conſtantinopol. Iohãnes papa.2.condemnauit.

Aſſurritani, Donatiſtæ ſunt, & damnati & de ſedibus ſuis repulſi. De quibus Auguſt.in fi.3. libri contra epiſtolam Parmeniani: Ecce Aſſurritani, ecce prætextat⁹, ecce nomina eorũ inter damnatos Bagarenſi concilio, geſtis proconſularibus allegata &c̃.

Aſtitæ, ab utre ſic appellati ſunt, quẽ perhibenť inflatũ & opertũ circuire bacchantes, tanq̃ ipſi ſint euãgelici utres noui, uino bono repleti, ſcd̃m Aug.de hære.

Aſterius quidam in Cappadocia exercẽs artem ſophiſticam, eã relinquens Chriſtianitatẽ ſe promittebat aſciſcere, tentauitq; libros conſcribere, qui ferunť hactenus, per quos Arrij dogma firmatũ eſt, dicebat em̃ Chriſtum ſic eſſe uirtutẽ dei, ſicut dictũ apd' Moſen, locuſtas & erucas uirtutẽ dei, & his ſimilia.3.li.hiſt.tri.c.9. Gloſſa.1.Iohan. Cuſtodite uos à doctrinis hæreticorum, qui ſpeciẽ ſanctitatis ſibi aſcribunt, qui prauis dogmatibus gloriam incorruptibilis dei in ſimilitudinem corruptibilium reg̃,

ſcilicet locuſtarum & erucarum,mutant.

Aſclepiadotus diſcipulus erat Theodotij coriarij, qui princeps & pater fuit huius impietatis,qđ Chriſtus eſt purus homo, qui primus ab hac ſtulta aſſertione ab eccleſiæ ſocietate depulſus eſt à Victore urbis Romæ epiſcopo,& multos decepit,à quo nominantur Aſclepiadoti hæretici.Euſe.li.5.ca.29.

Augures,qui auguria & diuinationes & ſtellarũ curſus requirunt,& euentus ex his futurorum rimanť contra illud Deu.16.Non inueniať in te q obſeruet auguria. Et talia in Aegypto ſunt inuẽta,idololatriæ nãq; mater eſt Aegypt⁹,& ad illa nullus homo debet recurrere poſt baptiſma:q̃d ſi fecerit,opprobium ſecũ portabit Aegypti ſecundũ Hie.&.26.q.3.c.ſed & illud,& ſecundũ Iacobum de paradiſo in li.de ptãte dæmonũ.Diuinatio quæ fit ex garritu auiũ,illicita eſt,qñ fit per inſtinctũ dæmonum ad implẽdas animas uanis opinionibus,ut credať i talibus aliquod eſſe diuinũ,& honoreť bruta,& diminuitur per hoc fides ad deum: & fiunt multi errores & hæreſes per fatuos.

Auerrois cognomento cõmentator,Auicennæ æmulus & inimiciſſimus fuit.Hic,ut inquit Iohannes Gerſon in.9.trac.ſup Magnificat,procaciſſimus aduerſarius noſter conceſſit,quod per uirtutes purgati animi poteſt intellectus ſeparatus à corpore uniri,formari,ſuſtẽtari,in deo primo & unico omniũ centro.Et inter diuerſas hæreſes quas recitat Leonardus de Vtino in ſuo Quadrageſimali inquit: Quidam dicitur hæreticus remotione ſapientiæ,quia deus nõ uidet peccata. Pſalm̃.dixerunt:Nõ uidebit dñs &c̃.Sic errauit Auerrois.2. Metaph.dicẽs,q̃ intellectus diuin⁹ uileſceret,ſi mĩma naturæ attẽderet.

Auicenna Hiſpalenſis medicus de ſecta Mahomet.Hic ſecundum Iohan.Gerſonem in centilogio de conceptibus, mẽtitus eſt in fauorem ſectæ Mahometi epilentici. Et contra dictum ſancti Petri dicẽtis, quod uolũtate humana nõ eſt allata prophetia, alioquin raptus & ꝓphe-

tiæ tam in uigilia quàm in ſomno poſſent accidere natu raliter, quod Auicēna poſuit. Dixitq́ꝫ Auicēna, quod po tentia creādi poteſt communicari creaturis. Dicit enim in contrarium Iohannes Damaſce.in.2.ca.3. Quicunque aiunt angelos conditores cuiuſcunq; eſſe ſubſtantiæ, hi omnes ſunt patris ſui diaboli: omnium enim factor & ꝓuiſor & contentor deus eſt: Diabolus enim non eſt creator, ſed deceptor. Et beatus Thomas.1.par. q.45.ar.5. de hoc diſputat.

Auxentius, hic fuit magiſter Eluidij hęretici, & qualis magiſter, talis diſcipulus: & quia dogma Arrianum anathematizare noluit, à ſanctis patribus in concilio Arimi nenſi condemnatus eſt. De ſancto Martino legitur, cum ipſe Mediolani ſibi monaſterium ſtatuiſſet, ibi eum Auxentius autor & princeps Arrianorum grauiſſime inſectatus eſt, multisq́ꝫ infectum iniurijs de ciuitate extirpauit. Contra Auxentium ſcripſit Hilarius libellum elegā tem, & ſanctus Filiaſter Mediolani gregem dominicum ab Auxentio epiſcopo Arriano ſanctiſſimi Ambro. præ deceſſore uiriliter defenſauit, & poſt Auxentij ſectā Ambroſio ſurrogato, etiam omnis Italia ad rectam fidē cō uertitur.

Balaamitæ, à Balaam ariolo, & ſcd̄m glo. Apoca.2. ſunt hæretici qui docent terrenos principes, qualiter ſubuertant & decipiant animas uidentes de um. Et Num̄.24. Concilium Balaam patet per effectū, uidens enim Iudæos promptos ad luxuriam, conſuluit Ba lach, ut pulchras mulieres adduceret, & poneret corā filijs Iſrael, quaꝝ pulchritudine capti, ruerēt in amplexus eaꝝ, & ſeducti comederent de ſacrificijs Beelphegor. Et ſcd̄m Alber. in dicto loco Apo. Quidā erāt in eccl'ia Pergami tp̄e ſancti Iohā. qui docebāt fornicari, & edere de ſacrificijs idoloꝝ. Et Hier. aduerſus Luciferianos, qui eo tempore apud Pergamenos crediderūt, qui diſciplinā tenebant Balaam. Et ſic Apocalypſis.2. Habeo aduerſus te pauca. Gloſſa: ſi corrigaris, aliâs multa ſunt quod ha-

bes illic tenentes doctrinam Balaam, & illos pateris & parcis, & non expellis & cætera. Balaam enim dicitur uanus populus, & eſt hæreticus qui docet Balach, qui interpretatur elidẽs: per quem intelligit princeps opprimẽs ſuos, & docet fornicari & edere, id eſt, peccatum luxuriç & gulæ, quaſi non eſſent peccata.

Bayra hæreticus, de ſecta Iacobitaꝝ, hic inſtinctu diaboli, ſociat⁹ fuit cum aliꝭ quibuſdam hçreticis Mahometo, nam Mahometus idiota & illiteratus fuit, & cum eo manſit uſq; ad mortem, & eum in diuerſis erroribus inſtruxit. De hoc ſcribit frater Richar. de Florentia Ordinis Prædi. in lib. qui dicitur cõfutatio legis Mahometicæ in c. de Alcorani inſtitu.

Barbas epiſcopus Arrianus, Anno. 505. cum quendam baptizaret, dicens: Baptizat te Barbas in nomine patris per filium, in ſpirituſancto, aqua euanuit & nuſq̃ comparuit. Quo miraculo permotus, qui baptiſmum expectabat, cõfeſtim ad ueram & catholicã fidẽ trãſiꝭt, ut dicitur in. 9. lib. ſupplementi chroni. &. 12. lib. trip. hiſt. Eo tẽpore Barbas Arrianoꝝ epiſcopus defunctus cõſulatu Theodoſiꝭ & Valentiniani. 3. die. 24. Iuniꝭ, in cuius locum Sabbatius ordinatur.

Bagnolenſes, alias Baiolenſes, concordant in multis erroribus cum Albanẽ. licet in paucis diſcordent, ut patuit ſupra in Albigenſibus. Idem refert Anto. Flo. in ſum. pte. 4. ti. 11. c. 7.

Balatius dux Aegypti, homo Arrianç iniquitatis ſtudioſiſſimus fautor, adeo dei eccleſiam perſequebatur, ut animo ueſano uirgines monachosq; nudatos, uerberaret in publico. Ad eum ſanctus Antonius literas ſcripſit, quarum iſta ſententia eſt: Video iram dei uenientem ſuper te, deſine perſequi Chriſtianos, ne te ira occupet, quæ proximum tibi iam minatur interitum. Legit infelix epiſtolam & irriſit, atq; in eam expuens, proiecit in terram, portatores afficiens iniuriꝭs Antonio talia nunciari præcepit: Quoniam cura tibi tantopere monacho

rum eſt, etiam ad te mei uigoris trāſiliet diſciplina. Sed cōfeſtim minatorem oppreſſit ſupplicium, & poſt quinque dies os effrenatum, ultio diuina compeſcuit. Egreditur cum Neſterio præfecto Alexandriæ, uehuntur equis manſuetiſſimis. Cum pariter equi luderent, mitior quo Neſterius uehebatur, morſu repentino Balatium decuſſit in terram, femora eius lacerauit & corroſit. Relatus ad ciuitatem, poſt tertiam diem moritur, ſecundum q̊d prædixit ſanctus Antonius, Ex prima parte uitaſpa. & Athañ. in uita ſancti Anto.

Bartholomęus Ianoueſī de inſula Minorica oriūdus, tempore Vrbani. 5. libellum edidit in quo poſuit iſtas hæreſes de Antichriſto, præfixerat enim tempus aduentus Antichriſti, in quo per totum mundum ſui diſcipuli apparerent. ſ. in die Pentecoſtes de Anno domini. 1360. Item quod Chriſtiani habentes uſum liberi arbi. qui peruerterentur per Antichriſtum, ſic ſtarent immobiliter in erroribus Antichriſti, quod nunquam conuerti poſſunt ad fidem Chriſti, & character quem eis faceret Antichriſtus in fronte uel in manu, deberet habere tantam efficaciam in animabus eorum, quòd ſic ſemper manerēt in erroribus illius, & ſic certitudinaliter damnarentur, & igne miſſo de cælo corporaliter morerentur, & quod pueri paruuli Chriſtianorum, & etiam Iudæi, Saraceni, & infideles, tam paruuli quàm adulti per Antichriſtum peruerſi, poſt mortem Antichriſti omnes conuerterent ad fidem Chriſti, ſed non aliquis adultus peruerſus de Chriſtianis: & finaliter tota eccleſia dei eſſet de conuerſis Iudæorum & cæterorum infidelium. Libellus fuit igni traditus Bartholomęo pœnitente, & errores publice abiurante.

Bardeſaniſtę uel Bardeſanitę, à Bardeſano qui in doctrina Chriſti prius extitiſſe perhibetur inſignis, ſed poſtea quamuis per omnia in Valentini hæreſim lapſus eſt, addens de ſuo, ut Fato aſcriberet conuerſationes homi-

ſnum,ut dicit Auguſtinus in.1.lib. de hær.& ſcd'm Euſe. de temporibus, à Tatiano Bardeſanes alterius hæreſeos princeps efficitur, Anno.175. ſub Marco Antonio & Aniceto Papa. Hieronymus in de uiris illuſtribus, Bardeſanes in Meſopotamia clarus habitus eſt, q primũ Valẽtini ſectator, deinde confutatus nouã hæreſim ipſe condidit.

Brachitæ, iſti fuerũt de ſecta Manichæorũ, ponentium duo prima principia cõtraria, q nominãt. C.de hær.

¶Baſilidiani, à Baſilide appellati, qui inter reliquas blaſphemias Chriſtum paſſum abnegauit, ut dicit Iſido. Hieronymus ſecundo libro contra Iouinianum dicit: Baſilides magiſter luxuriæ & turpiſſimorum amplexuum & cætera. Hic fuit uir acutiſſmus &.23. uolumina à ſe cõfecta, poſt ſe reliquit. Hunc Alexandria ortum produxit, de quo prima quæſtiõe primo cap. Martion & Baſilides non habent euangelium, quia nõ habent ſpiritũſanctum. de q̃ Euſe.lib.4.c.5.& Agrippa Caſtorius librũ conſcripſit cõfutationem Baſilidis ualidiſſimam cõtinentẽ, per quem vſutia ac calliditas uiri ad decipiendum nimis apta detegiť. Docuit quoq; fidem negandam perſecutionis tẽpibus. Et glo. ſup p̃fationem in euange. Lucæ, dicit: Vt Baſilides & Apelles, & q ſub nomine Thomæ uel Matthiæ, & aliorũ aplorũ, falſa ſcripſerunt. Et ſic ſecundum Bedam, Lucas ea cauſa maxime ſcripſit euangelium, ne pſeudeuangeliſtis eſſet facultas prædicandi, qui ſub nomine Chriſti apoſtolorumq; eius conati ſunt ſectas perfidię inducere. Ignatius ad Tralľ. Fugite Baſilidem & totam collectionem indignitatis ipſius. Auguſtinus in libro de hære. Baſilides in hoc diſtabat à Simonianis qd' 365. cælos eſſe dicebat: mundum iſtum uel hominem, nõ credunt à deo factum, ſed à. 365. cælo: amatoria carmina ſtudioſiſſime diſcunt: à Iudæis non credunt Chriſtum crucifixum, ſed Simonem Cyrenæum; qui angariatus ſuſtulit crucem eius. Et Hieronymus in libro Amos: Omĩpotentem deum portentoſo nomine appellat, & dicit eum in ſolis circulo cõtineri. Idem aduerſus Luciferian.

Baſilides ſummum deum Abraxas cum trecentis ſexagintaquinque editionibus commentatus eſt. Item Abraxas eſt deus fictitius Baſilidis ex numeri ſupputatione. Cyprianus in primo epiſtolarum libro Baſilides epiſcopatu depoſitus Romam fruſtra rediјt.

¶Berillus in Arabia epiſcopus, cum aliquanto tempore rexiſſet eccleſiam, in hæreſim ad extremum lapſus eſt, qui aſſerit CHRISTVM ante Mariam non fuiſſe, ſcilicet, quo ad deitatem, ut dicit Antoninus. I. par ſpec. hiſt. ti. ſeptimo, ſed ab Origin. per epiſtolas correptus, gratias egit, & Euſebi. libro ſexto cap. 26. ita errorem Berilli ab eccleſia depulit Origi. ut emendaret non perderet erroris autorem.

¶Bedricus autor Orebitarum hæreticorum, Stamicenſis natione Morauus bellis aſſiduus, qui ſpreta religione Chriſtiana, calcatoq; pontificio iure, uxorem publice duxit, & illa mortua, alteram ex Polonia ſuperduxit, ex qua filios ſuæ nequitiæ ſectatores ſuſtulit, ut dicit Aeneas Syl. de orig Bohe. ca. 47. Hæretici ſunt, qui male ſentiunt de incar. Chriſti, lacerantes eccleſiam, & catholicam fidem fraudulenter corrumpentes.

¶Blaſcus, iſte lapſus in hæreſim, ſocius criminis fuit cum Florino contra ueritatem catholicam: Vulpecula iſta ganniuit, ſed obſtructum eſt os eius per Apollinarem Hieropolitem uirum eruditiſſimum. Contra enim hæreticos finiri nõ debet niſi doctus & perfectus, ne ſcãdalizet alios ſuperatus ipſe.

Begardi uel Beguini, Anno. 1341. ſub Iohanne uiceſimoſecundo Papa, & Lodouico quarto capitio demiſſo incedunt, faciem ſemper cooperiunt, laute bibunt & cõedunt, conuiuia quærunt, conſortium mulierum non reſpuunt, in eccleſia ſedent in terra, uultu uerſo ad parietem, oculos ad cælum non eleuant, iſti maligni homines procurante ſatore malorum operum has hæreſes aſſeruerũt, quæ ponunt in Clem. ad noſtr. de hæ. Vnus er-

ror eſt, quod homo in præſenti uita tantum & talē gradum perfectionis poteſt acquirere, ut reddatur impeccabilis, & amplius in gratia proficere ualeat. Secundus, ꝙ ieiunare uel orare non oportet hominem, poſtq̄ gradū ultimum perfectionis fuerit aſſecutus. Tertius, quod illi qui ſunt in prædicto ſtatu perfectionis & ſpiritu libertatis, nō ſunt humanæ ſubiecti obedientiæ, ubi inqt, Frāc. de Sarabellis, ex hoc ſequeretur quod aliqui eſſent Acephali, quod eſt contra illud. 93. diſt. Nulla ratione clerici aut ſacerdotes habendi ſunt, qui ſub nullius epiſcopi diſciplina & prouidentia gubernātur, tales enim Acephalos, id eſt, ſine capite, priſca cōſuetudo nuncupauit. Et infra in. 4. lib. cōtra Luteꝝ, ꝓbabit, qđ obedire Papæ eſt de ſalutis neceſſitate. Quartus error, quod homo poteſt finalem beatitudinem, ſecundum gradum perfectionis, in præſenti uita cōſequi, ſicut eam in uita obtinebit beata. Quintus, quod quælibet intellectualis natura ſeipſa naturaliter eſt beata: quodq; anima nō indiget lumine gloriæ ipſam eleuante ad uidendum deum, & eo beate fruendum. Sextus, quod ſe in actibus exercere uirtutum eſt hominis imperfecti, & anima licentiat à ſe uirtutes. Septimus, quod mulierum oſculum cum ad hoc natura nō inclinet, eſt mortale, actus autē carnalis cum ad hoc natura inclinet, peccatum nō eſt, maxime cum tentatur exercens. Octauus, quod in eleuatione corporis Chriſti nō debent aſſurgere, nec eidem reuerētiam exhibere. Dicit hic Io. de Imola: Nota prælatum potiſſime papam debere attendere circa augmentum fidei catholicæ, & extirpatiōe hæreticoꝝ, & diœceſanos debere ſollicitos eſſe in partibus illis in quibus hęretici, potiſſime Beguini & Beginæ ſunt. Contra Begardoꝝ errores Alpharus in. 2. li. de planctu eccleſiæ.

Berengarius Turonenſis, de euchariſtia praue ſentiebat, contra quem ex præcepto Leonis Papæ in concilio Toletano Lanfrancus doctor diſputauit, & eum eloquētiſſimo ſermone confudit, & errorem reuocauit, ut dici

tur de cōſe.diſti.2.cap.ego Berengarius. Ideo inter hæreticos nō ponit,quia poſtea non fuit relapſus: ſed quia doctrina eius fuit hæretica.Hic Lanfrancus ſub Leone.9. in ſynodo Vercellenſi ſe purgauit ab errore Berengarij. Hinc eſt notandum, quod reuertentes ab hæreſi,debent primo confiteri errorem ſuum coram epſcopo uel alio inquiſitore. Secundo debent hæreſim abiurare, & forma iuramenti ponitur in dicto.capit.Tertio debent dignam ſatisfactionem exhibere, in cap. ad abolendam. libro ſexto de hær.Anno.1064.ſub Henrico.2.& Stephano nono.

Bizochi,hi ſunt qui & Fratricelli, ſecundum Io.22.in extraua.quæ incipit:Sancta Ro.& ulis eccleſia.

Bohemi uel Bohemiſtæ,qui ſequuntur errores Valdēſium, hi per Io. Hus ſunt corrupti diuerſis hæreſibus. Teutones per circuitum habitantes, alios Philiſteos,alios Idumęos, Moabitasq; uocabant, Bohemiam terram promiſſionis eſſe dicebant.Vnde uniuerſitas Pragen̄.quā Carolus. IIII. erexit, tranſlata eſt: nam dicit Aeneas Syl. 25. cap. de origine Bohemorum: Magiſtri & diſcipuli, Teutonici generis iureiurando adacti, una die ſupra duo millia ſecuti, apud Lipſiam Miſnæ ciuitatem, dierum trium itinere à Praga diſtantem,uniuerſale ſtudium erexere. Bohemis ſuæ ſcholæ gubernatio libere patuit: quorum princeps eſt habitus Iohannes Hus, qui ubi ſatis fidei comparatum ſibi exiſtimauit, uenenum quod iampridem occulte conceperat, palam euomuit. De hoc infra.

Bonoſiani, à Bonoſio quodam epiſcopo exorti prōduntur,qui Chriſtum dei filium adoptiuum, & non naturalem & proprium aſſerunt, hoc reprobatur Iohannis 14. & extra de celebra.miſſ. ca. in quadam. Quidam dixerunt,ſed errauerunt,Chriſtum non fuiſſe uerum deum,ſed adoptiuum, ut miſeri Arriani. Gloſſa. Bonoſiani. Dicit Aſtexanus in quarto libro ti.5. quod Monoſolitæ à Monoſo autore hæreſis eorum,iſti ut puto ſunt

& qui dicuntur Monoſiaci, de conſe. diſtinctione ſecunda cap. hi uero hæretici. Sed quidam libri habent Bonoſiaci: iſti non credebant CHRISTVM eſſe filium dei naturalem. Item in eodem capit. Iſti ſpiritum ſanctū peruerſo ſenſu eſſe quendam paruum hominem montanum credunt. Et prima quæſtione primo capi. quidam, in fine dicitur. Gregorius uocat Bonoſij ordinationem damnationem: huius hæreſis doctrinam habent Circumcellionenſes.

¶Buganrius de monte Falcone, autor eorum hæreticorum in partibus Cataloniȩ, qui auſi ſunt dogmatizare, quod omnia de genere bonorum quæ fienda ſunt, ſunt fienda puro amore, & non ex alia cauſa, nec ſpe mercedis æternæ. Tandem iſte error fuit condemnatus publice & ſolenniter per Sancirium Trachonenſem archiepiſcopum, Ordinis fratrum Minorum, & per patrē Nicolaum Roſelli inquiſitorem, Ordinis Prædicatorū, poſtea Cardinalem.

¶Borboritȩ, ſecundum Auguſtinum, uel Borboreani, de hær. uocantur quaſi cœnoſi, propť nimiam turpitudinem, quā in ſuis myſterijs exercere dicunť: & nōnulli uocant eos Gnoſticos, alij Caſtadogos. Dicunť quoq; bonū deum & malum deum in ſuis habere dogmatibus: cæteros eoꝝ errores, uide in Gnoſticis.

¶Bononatus in partibus Cataloniæ in uilla Franca de penades primicerius & hæreſiarcha quàmplurimū Begardorum, qui prius abiurauerat, poſtea traditus fuerat ut impotens ſeculari curiæ, & iam ex uno latere aſſatus fuerat & finxit ſe pœnitere. Iſte cum ſuis complicibus cōpoſuerūt hæreſes Begardoꝝ, & tandē per dn̄m Ferrarium de Apulia epiſcopum Barginonenſem & fratrem Guilhelmum Coſta inquiſitorem fuit eorum congregatio condemnata, & domus eorum habitationis in uilla Franca diruta, & dictus frater Bononatus, ut relapſus & impœnitens fuit traditus curiæ ſeculari & ignibus conſumptus.

¶Bulgari inter Vngariam & Græciā conſtituti Chriſtiani effecti ſunt: multis annis ſub obedientia Romani Pontificis, & fuerunt Chriſtianorum propugnatores cōtra Turcam. Et Nicolaus Papa primus in ea gente tantum profecit, ut pulſo Photino hæretico, qui ſe illi genti inſinuauerat, ut rex tradito regno maiori ex filijs habitum ſuſciperet monachalem. Ad quorum conſultationem idem Nicolaus reſpondit, ut dicitur diſtinctione 28. capit. conſultationi. Verum cum imperatoribus oriētis communicarunt propter locorum confinia, cœperūt in ritus Græcorum degenerare, in quibus permanent uſque hodie: de quibus ſcribit Blondus Romanus, antiquitatis ſcrutator.

CAiani proinde ſunt appellati, quoniam Cain adorant, dicentes eum fortiſſimę eſſe uirtutis: ſimiliter & Iudam traditorem aliquid diuinum putant eſſe, & ſcelus eius beneficium reputant. Vel dicuntur Caioni à Caiono Alexandriæ epiſcopo, & aſſerūt Iudam pſciſſe quantum eſſet generi humano Chriſti paſſio profutura ad occidendum Iudæis, propterea tradidiſſet illos etiam, quoniā ſchiſma faciētes in populo primo dei, terra dehiſcēte, perierunt Chore, Dathan & Abirom, & Sodomitas colere perhibentur: blaſphemant legem & deum legis autorem, carniſq; reſurrectionem negant. Auguſtinus de hæreſibus. Iſti nimia mentis caligine excęcati ſunt, ut hominem damnatum & fratricidā adorent, quem deus maledixit, prima Iohannis tertio: Diligatis alterutrum, non ſicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuum.

¶Caſtadogi, de his quære in Borboritis.

¶Chathariſtæ, hi ſunt Manichei. ſic appellati, id eſt, purgatores, de carnibus non ueſcuntur, tanquam de mortuis uel occiſis fugerit diuina ſubſtantia: oua non ſumunt, quaſi & cum ipſa franguntur expirent: uinum non bibunt, dicentes: fel eſſe principum tenebrarum, cum ueſcuntur uuis.

Caponius eps fuit,ſed poſtea deprauatus errore Arrij, inquit enim:Non perfecte & integre nouit filius patrē, neq; enim perfecte uidere poteſt. Creatura em̄ eſt, & factura filius: & omnia alia docuit quæ & Arrius,lib.1.tri par.hiſto. ca.23.

Campates,ſic enim eos uocat Hiero. in epiſtola cōtra Luciferian.Hi concordāt cum Circumcellionibus & Donatiſtis,qui Romæ dicuntur Montenſes,de his quære in ſuis locis.

Campenſes cum Tarſenſibus hæreticis copulati,nihil aliud ambiunt quàm ut autoritate communionis ueſtrę tres hypoſtaſes cum antiquo ſenſu prædicent,ſecundum Hieronymū ad Damaſum in epiſtola,quæ incipit: Quoniam uetuſto. & concurrūt cum Arrianis. Campe ſonat fluxus: & Ptolemęus Campas Ciliciæ partem facit,ni fallor,eam quę inflexo littore Iſſici ſinus deflectit ad Syriā.

Cathari aliâs Catharæ uel Catherij,ex munditia ita ſe nominauerunt,glorientes de ſuis meritis.Iſidorus Leuitici.13.Lepra alba notat hæreticos,qui ſe mundos appellant,uel qui de falſis uirtutibus gloriantur.Negant pœnitentibus ueniam peccatorum,contra illud Ezec.18. In quacunq; hora &c.& l.di.ponderet.de mortiferis criminibus pœnitentiam negat,& tamen in honore permanſit.Aug.Superbiſſime & odioſiſſime ſic ſe nomināt,pœnitentiam negant,Nouatum hæreticum ſequētes, nam & Manichæi Cathariſtæ appellantur,quaſi purgatores. Viduas ſi ſumpſerint tanquam adulteras damnant.Mundiores ſe cæteris prædicant:qui nomē ſuum ſi cognoſcere uellent,mundanos ſe potius quàm mundos uocarent 24.q.3.quidam.De quibus b.Thomas in tract.contra impug.re.c.6.ſic dicit:Hic error Vigilantij,qui cōcilium de paupertate euangelica auſus eſt deſtruere,omnino ꝑ ſucceſſiones errātium uſq; ad hodierna tempora peruenit, qui & in hæreticis quibuſdam qui Cathari nominantur, permāſit.Catharorum tres ſunt ſectæ principaliores, ut ſuprà in Albigē.Guido in libro hæreſum: Cathari male

acquiſita non reſtituunt, nec implorant auxilium beatę uirginis, nec ſanctorum, aut angelorum.

¶Cataphryges uel Cataphrygij, his prouincia Phrygiæ nomẽ dedit, quia ibi extiterunt autores eorum, Mõtanus & cæteri, & Priſca & Maximilla fuerunt prophetiſſæ Montani, Anno. 174. tempore Commodi imperatoris & Soteri Papæ. Et Montanus fuit tanquam paracletus, qui aduentu ſpiritusſancti non in Apoſtolos, ſed in ſe traditum fuiſſe, contra. 1. quæſtio. 1. ut euidenter oſtenderet dominus à ſpiritusſancto quẽ donauit fidelibus dimitti peccata, nõ meritis hominum, & ergo de cõſe. diſt. 4. ca. hi uero hæretici, dicitur: qui in trinitatis nomine nõ baptizantur, ſicut ſunt Bonoſiani & Cataphrygi, qa & illi Chriſtum dominum nõ credunt, & ſpiritumſanctũ peruerſo ſenſu eſſe quendam paruum hominem montanum credũt. Sic. 1. quæſt. 1. ſi qui cõfugerint ad eccleſiam catholicã de Cataphrygis, ſtatutum eſt rebaptizari eos omnino debere. Cataphryges ſecundas nuptias pro fornicationibus habent. Sacramenta perhibentur funeſta habere, nam de infantis anniculi ſanguine, quem de toto eius corpore minutis compunctionum uulneribus extorquent, quo euchariſtiam ſuam conficere perhibẽtur, miſcentes eum farinæ, panemq́ inde facientes: qui puer ſi fuerit mortuus, habetur apud eos pro martyre: ſi autẽ uixerit, pro magno ſacerdote habetur, ut dicit Auguſti. & ſicut dicit gloſſa ſuper illud Oſee. 8. Væ eis quoniam receſſerunt à me. Raro hæreticus diligit caſtitatem, & qui ſe amare ſimulat ſicut Cataphrygæ ore uenenato mel ꝓmittit, ſed turpe eſt dicere, quæ in occulto facit. Dicunt etiam quòd mulier poteſt habere ſacros ordines, quod reprobat beatus Thomas in poſtil. ad Titum. 3. Contra iſtos ſcripſit Apollinaris Hierapolites, & Melciades Papa cõtra Cataphrygas uolumen pręcipuum conſcripſit, & Rhodon genere Aſianus in ſcripturis eruditus aduerſus eos inſigne opus fecit, & Apollonius Eccleſiaſticus ſcriptor aduerſus eos libellũ edidit, in quo prophetias eorum

eſſe falſas cōuincit, ut dicit Euſ.li.7.cap.19.

Catilina Arrianus, de quo Hiero ad Riparium de hæreſibus expugnandis: Scias, inquit, in hanc prouinciam nullis humanis auxilijs, ſed proprie Chriſti ſentētia pulſum eſſe, non ſolū de urbe, ſed de Palęſtinæ quoq; finibus Catilinā.ſ.ad Arriū Alexandrinū presbyteꝝ. Nos q̄que dolere plurimū, ꝙ cum Lentulo multi coniurationis ſocij remanſerunt. Ita Hiero. uocat ſocios Arrij, q illius dogma defendebant, qui in Ioppe remorantur.

Carpocratiani à Carpocrate quodam uocantur, qui Chriſtum dixit hominem fuiſſe tm̄, contra illud.23.diſti. q cp̄us. Qui erat in diuinitate dei patris filius, deus uerꝰ, & uerus homo ex matre. Et dixit de utroq; fuiſſe progenitum, quod reprobatur.27. quæſtione.2.capi. inuēta eſt habens in utero à beato Ioſeph, qui licet eam non contingeret. Quare dicit Ignatius in epiſtola ad Antiochenſes: Quicunq; purum hominem dicit eſſe Chriſtum, maledictus (ſecundum dictum prophetę) non in deū fidens, ſed in hominem tantum. Propterea & infructuoſus eſt, quemadmodum thamariſcus, quæ eſt in deſerto. Scribit Irenæus coæuum tempore & moribus Saturnini & Baſilidis hæreticorum Carpocratem ſuperſtitionis alterius, qui Gnoſtici appellantur, uocabulo à ſcientia cōficto autoris: de quo ſic dicit Euſeb. quarto libro cap. 5. qui ſane præſtigia Simonis magi, nō ut ille clam, ſed publice ac palam tradebat, & uelut pro ſummis atq; optimis ſtudiis laudem profeſſam ac publicam de nefarijs artibus à deceptis auditorib. requirebat, & magicas artes in luce publica perorabat. Hic Carpocrates (ſecundum Auguſtinum) docebat omnem operationem & admirationem peccati, nec aliter euadi & pertranſiri principatus & poteſtates quibus hæc placent, ut poſſint ad cælum ſuperius peruenire. Reſurrectionę corporis ſimul cū lege abijciebat, Dicit gloſſa. Leuit. decimotertio: In corpore lepram gerit, qui eccleſiæ detrahit ſicut Carpocratiani, q negant reſurrectionem carnis, Negant mundum à deo

factum, ſed neſcio à quibus ſpiritibus mundum factum: Sectæ ipſius fuiſſe traditur ſocia quædã Marcellina, q̃ colebat imagines Ieſu & Pauli & Homeri & Pythagoræ adorando, incenſumq́ꝫ ponẽdo.

Cæleſtiani, à Cæleſtio qui fuit Pelagian⁹, Anno.404. ſub Arcadio & Innocentio primo, qui damnauit ad inſtãtiam concilij Africani hæreſim Pelagiañ. De quo Augusti. in libro de perfectione iuſtitiæ ad Eutropium & Paulum ẽpos, idem ſentit ſicut Pelagius, nam Cæleſtius Pelagium magiſtrum eſt ſecutus, ut ſectatores eius Cæleſtiani nuncupantur ſecundum Auguſtinum in de hære. Qui enim alienam doctrinam ſequitur, alienos diligit. Et Auguſti. de fide cat. cum Cæleſtinus atq́ꝫ Pelagius in Epheſina ſynodo ſint damnati, quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum damnantur autores? Et Cæleſtius rationibus ſophiſticis nitebatur probare nullum hominem peccare ſi uellet, omnes eſſe iuſtos ſi uellent, & ꝙ homo ad perfectum ſtatum poteſt peruenire ſi uellet. Et Auguſtin. ſoluit. 16. argumenta eius in lib. de perfe. iuſtitiæ. Hiero. in epiſtola ad Alipium, & Auguſtinũ, gratulatur Auguſtino ꝙ eius opera hæreſis Cæleſtiana oppreſſa eſt. Sed dicit glo. Oſee. 5. Hæretici ſæpe ſophiſmatibus & arte diabolica opprimunt eccleſiam, qui non mũditiam ueræ fidei, ſed ſordes ſequuntur mendacij, traditi diabolo, & angelis eius, uidentur ſibi calumniam pati, & in ſe eſſe fractam iudicij uirtutem. Et hic Cæleſtius ſecundum Gennadium, anteq̃ Pelagij dogma incurreret, imo adhuc adoleſcens ſcripſit ad parentes ſuos de monaſterio epiſtolas tres.

Cecilianus, de quo inť alia dicit Auguſtinus, ſi modo conueniret Cecilianus de his quæ inferuntur ei, etiam poſt mortem illum anathematizo. Item ſi uera ſunt quæ Ceciliano obiecta ſunt, & nobis aliquando poſſent monſtrari, ipſum mortuum anathematizaremus. De hoc. 24. quæſtione. 2. c. ſane.

Cleobulus uel Cleobius, unde & Cleobiani, unus

de primis hæreticis, unitatem fratrum ſcindentibus, de quo ſic ſcribit Ignatius in epiſtola ad Tralľ. Fugite ipſius nequiſſimi diaboli nepotes Theodotum & Cleobulũ, qui generant fructum mortiferum, de quo ſi quis guſtauerit, morietur æterna morte. De quo Euſebi. libro.4. cap.8. Vnde hi fuerunt primi.7. hæretici: Theobutes, Symon, Cleobius, Doſitheus, Gortheus, Maſbutheus, & Menander.

Cerdoniani à cerdone mago & hæretico Martionis nuncupati, Anno.1044. ſub Antonio Pio & Theleſphoro, qui duo aſſerunt contraria principia, hos ſecundum Iſido. ſequuntur Martioniſtæ: dicunt enim Chriſtum nõ eſſe natum ex fœmina, nec habuiſſe carnem, nec uere mortuum, uel quicquam paſſum, ſed ſimulaſſe paſſionẽ. Duos deos ponunt, quidam eorum bonum & malum. Reſurrectionem mortuorum negant, ſpernunt etiam teſtamentum uetus ſecundum Auguſtinum: & Irenæus in tertio libro aduerſus hæreſes dicit: Cerdo à ſectatoribus Simonis impietatis ſuæ occaſionibus ſumptis, Romam uenit ſub Igino, ibi docuit, quod is qui à lege & prophetis prædicatus eſt deus, non eſſe poteſt ipſe pater domini noſtri Ieſu Chriſti, quia ille quidem notus eſt, hic aũt ignotus eſt: ille iuſtus, hic autem bonus. Cui ſuccedens Martion Ponticus abſque reuerentia ulla blaſphemans, auxit autoris inſaniam. De hoc Eu.4.lib.c.80.

Cherintiani ſecundum Iſid. à Cherintho quodam nũcupati, Anno 84. tempore Cleti & Domitiani imperatoris, iſti circunciſionem obſeruant, contra illud ad Gala. Si circuncidimini, Chriſtus nihil uobis prodeſt. & extra de bapti. cap. maiores: cum baptiſma ſucceſſerit circunciſioni, abſit ut in illam damnatam hæreſim incidamus, quæ perperam affirmabat legem cum euangelio & circunciſionem cum baptiſmo ſeruandam. Mille annos poſt reſurrectionem in uoluptate carnis prædicãt, quod reprobatur Marci duodecimo: Non nubent neq; nubentur. De iſto Cherintho dicit Beda ſuper epiſtolam

Iohannis, narrat enim de illo, ſcilicet, Iohanne auditor eius ſanctiſſimus uir & martyr fortiſſimus Polycarpus Smyrneorum antiſtes, quod tempore quodam cum apđ Epheſum balnea lauandi gratia fuiſſet ingreſſus, et uidiſſet ibi Cherinthum exire, cõtinuo diſceſſit non lot⁹, di. Fugiamus hinc, ne balnea ipſa nos corrumpant, in q-bus eſt Cherinthus inimicus ueritatis. Quo egreſſo, balneum cecidit, & hæreticum cum ſuis oppreſſit. de hoc 24. quæſtione primo cap. omnis qui. Hic hæreſiarcha tur pulosus & libidinoſus totus, à quo dicta eſt hæreſis Cherinthiana, hic dicit legalia obſeruanda, & Caius in diſp. ſuorum dialo. dicit: Cherinthus per reuelatiões quaſdã quas uelut à magno Apoſtolo conſcriptas, ut & per angelos reuelatas putaret, talia quædam portenta nobis inducere nititur, poſt reſurrectionem terrenum futurũ eſſe regnum Chriſti, in quo Hieruſalem & homines in carne iterum concupiſcentijs & uitijs ſubiectam conuer ſationem habituros: contra fidem quoque ſcripturarũ mille annos deſignat. Dicunt etiam mundum ab angelis eſſe factũ, Ieſum tantummodo fuiſſe hominem, nec re ſurrexiſſe, ſed reſurrecturum. Et hi etiam dicuntur Merinthiani à Merintho, ut dicit Auguſtinus & Rupertus Tutienſis ſuper illud Apocalyp. Ego ſum alpha, & o: qd enim illic offenderet Cherinthum uel Ebionem uel Arrium, aut alium quemlibet diuinitatis CHRISTI inimicum hæreticum? Hæreticus quoque quilibet eiuſmodi concederet, & confiteretur, ſed eundem eſſe deum deo patri coęqualem ſine initio cum patre & in patre manẽtem non confiteretur, recte ergo dixiſſe non contẽtus, addit iſtud quod ſummum eſt in quo fides Chriſtiana cõ ſiſtat, uelut ſupremo gradu de CHRISTI diuinitate, ſimiliter æque ut de patre ſentiens ſicut & dignum eſt, & dicens in perſona eius, ut uidelicet maiori tonitruo qui contradicunt illæ ranæ loquaces conterantur, ego ſum alpha & o, hæc uero dicens, ſiue dicentem illum, in ferens patri coæquat: ſic etiam uerbum antiquum quod

erat,In prin. erat uer. &c̃. eſt contra Cherinthũ alioſq́ Antichriſtos, qui negare incipiebãt ante Mariam fuiſſe Chriſtum.

Chiliaſtæ,hi ſunt Cherinthiani.24. quæſtio.3.quidã. niſi ꝙ hic eſt appellatio Græca, & obſeruant eoſdem errores ſicut Cherinthiani,chile enim Gręce mille Latine dicit̃,& dicit Helinandus quod Papias Hieropolitanus in Aſia epiſcopus, fuit autor hæreticorum qui dicunt̃ Chiliaſtæ,id ẽ,millenarij,qui dicit̃ mille annoꝝ Iudaicã edidiſſe deuteroſim,id eſt,nouitatem.Qui poſt reſurrectionem aiunt in carne dominum cum ſanctis regnaturũ & ſanctos epulaturos cum Chriſto corporaliter. Dicũt q̃q; in mille annorum regno mulierem inſtaurandam eſſe, & eandem eſſe quæ prius habuit uirum.

Cynici olim fuerunt philoſophi carnales & beſtiales, dicentes licere commiſceri fœminis inſtar canum,modo huiuſmodi prurientes auribus introierũt dominationẽ ſpernentes & maieſtatem blaſphemantes, de quibus.1. Pet.2.Multi ſequentur eorum luxurias. Hi ſunt Valdẽſes & conſimiles,de quibus dicetur in locis ſuis.Cynici ſecũdum Papiam, hæretici, dicti ab immunditia,contra humanam enim uerecundiam in propatulo cum uxoribus coibant,ut canes.

Circũcelliones dicuntur, eo quod agreſtes ſint,quos ſcotopicos uocãt, qui Bonoſianorum doctrinam habẽt. Hi amore martyrij ſeipſos perimunt, ut uiolẽter de hac uita diſcedentes martyres nominentur: contra illud.23. quæſtione quinto, ſi non licet.Profecto enim qui ſeipm̃ occidit,homicida eſt.Item capit. tu dixiſti. & capi. non eſt noſtrum,de quibus etiam c.Circumcelliones illas clericos partis Donati & capit. ubi ſcribit Auguſtinus ad Marçellianum comitem de Donatiſtis captis. Auguſtin. in de hære.Circũcelliones genus hominum agreſte & famoſiſſimę audaciæ,nõ ſolum in alios immania facinora perpetrando,ſed nec ſibi eadem inſania & feritate parcẽdo,ſed per mortes uarias maxime præcipitiorũ & aqua-

rum & ignium ſeipſos necare conſueuerunt, & in iſtum furorem alios quos potuerunt ſexus utriuſq; ſeducere, ut occidantur ab aliis, mortem niſi facerent comminantes. Poſſidonius de uita Augu. dicit aliquoties eius uias armati iidem Circūcelliones contra famulum dei Auguſtinum obſiderunt, ſed hi itineris errore ſeducti, cum inuenire non potuerunt.

Choite, à Choita hæretico, qui fuit de numero eorum qui euangelia laniauerunt ſecundum Hieronymū, contra Luciſe.

Conſtantius, Conſtantini filius, Conſtantis frater ab Arrio tractus eſt in hæreſim Arrianam, ut quoſdam in deo gradus crederet. Hic ſecundum Hieronymum in uita Hilarionis heremitæ rex Arrianorum in exilium deportauit Dracontium & Philonem epiſcopos. Et Oroſius libro.7. Conſtātius dum Conſtantem fratrem bello inſectatur incauta petulantia periculis ſeſe offerens, à ducibus eius occiſus eſt. Et Hieronymus ad Heliodorum epitaphio Nepotiani, Cōſtantius Arrianæ fautor hæreſeos dum contra inimicum paratur & concitus fertur ad pugnam, in Mopſi uiculo moriens magno dolore, hoſti reliquit imperium.

Colorboſus ſecutus eſt Menendrianos & Marcum, de quibus infra, à quo dicuntur Colorboſij hæretici. Hic em̄ uitam omnium hominum & generationum in ſeptem ſideribus affirmat, ut dicit Aug. de hæ.

Criſpinus Donatiſta, in Calamenſi ciuitate & regione epiſcopus fuit, ut dicit Poſſidonius, contra quem Auguſt. trino cōflictu diſputauit, ita Criſpinus proconſulari & libellari ſententia eſt pronuntiatus hæreticus: Et p̄ ceptum eſt, nullo ꝓrſus loco hæreticos Donatiſtas eſſe debere, & ſic multū creuit ſancta eccleſia.

Concordenſes, uel ſecundum alios Cozorenſes, quære ſupra in Albanenſibus.

Colitiani, à quodā Colitio nominati ſunt, aut ſecūdū Iſido. Colintiani à quodam Colinto, uel ſecundum Au-

guſtinum dicuntur Coluthiani, à quodam Colutho, qui dicunt deum non facere mala, contra illud quod ſcriptũ eſt Iſa. 37. Ego deus creans mala. Et hoc intelligit de malis pœnæ, ſicut dicitur Amos. 3. Si eſt malũ in ciuitate qd deus nõ fecerit. Vel deus creat mala .i. nociua, ut uenenũ, lupos, araneas, & ſimilia, quæ magis nocent quàm proſunt, ut dicit Aug. quãuis Coluthiani & Floratini inter ſe contraria dicunt, tamen ambo diuinis alloquijs reſiſtebant. Creat enim deus mala, pœnas iuſtiſſimas irrogãdo, quod Coluthus non uidebat, non autem malas creãdo naturas atq; ſubſtantias, inquantum ſunt naturæ atq; ſubſtantiæ, ubi Florinus errauit.

Conſtans nepos Eraclij imperator, regnans in Græcia & non Romæ, anno. 660. tempore Theodorici primi papæ, hic Conſtans fuit peſſimus in omnibus, & crudelis contra catholicos, & hæreticus de Acephalitarum ſecta. Qui quadam uice de Neapoli ueniens Romam, pulcherrima ædificia & palatia, ob inuidiam ciuium Romanorum deſtruxit, & in Tiberim proiecit, & multas plateas ciuitatis fecit deſolatas.

Conſtantinus quintus imperator, peſſimus hæreticus fuit, qui dæmonijs immolabat, eccleſiam dei longo tempore afflixit, nec euaſit impunitatẽ. Nam completo myſterio iniquitatis præfinitæ, horribiliter clamans: igni ſum inextinguibili traditus, ſpiritum exhalauit, inſenſatis imperatoribus ſuæ ueſaniæ relinquens exemplũ. Sigibertus: Conſtantinus imperator, filius Leonis quinti, Conſtantinopoli ſynodum trecentoꝝ triginta epiſcoporum congregauit, in quo edicto permulgato de imaginibus dei & ſanctoꝝ deponendis, eccleſiam dei nimis ſcandalizat, & contra orthodoxos tyrannizat: Hæc ille. Et beatus Martinus papa ob catholicam fidem ab eodẽ de eccleſia raptus, ac perductus Conſtantinopolim, in exilio uitam finiuit.

Coſmi, hoꝝ hæreſis concurrit cũ Marcellianis, q fuerũt dãnati in ſcda ſynodo uniuerſali Cõſtãtinopolitana.

Copti ſunt Chriſtiani,ſed hæretici,in partibus Indiæ hincinde habitantes,& utuntur in eccleſijs quodam libro fabuloſo,qui dicitur ſecreta Petri:& in miſſis legũt euangelium Nicodemi.

Chorizantium ſecta tranſiuit anno.1373.

Creſconius grammaticus Donatiſta,contra quẽ Aug⁹ quatuor lib.ſcripſit, in quibus Creſconium in multis reprehendit,maxime in hoc ꝙ Petulianũ defendit, qui negat ꝙ Chriſtus ſit Chriſtiani origo,radix & caput.

DAdoſi⁹ unus de principibus Meſſalaniorum,qui inter cætera dicunt diuinũ cibum nec prodeſſe, nec lædere , de quo dominus dixit: Qui comedit carnem meam,& bibit ſanguinẽ meum,uiuet in ęternum,de hoc.7.lib.hiſt.tri.ca.11.

Dactilorinchitæ,de his in Pattolorinchitis.

Dauid de Dinanto,cuius error fuit ꝙ deus eſt materia prima.contra hoc b.Thomas.1.contra gen.ca.17. & prima parte.q 3.art.8. ꝙ impoſſibile eſt deum aliquo modo in compoſitionem alicuius uenire.Dicit enim Dion.c.2. de diui.no.quod neq; tactus eſt eius .ſ.dei, nec quædã ad partes cõmiſcendi cõio.Et dicit Cæſarius.5.diſt.dial'. q͂d libri magiſtri Dauid perpetuo damnati ſunt & exuſti. De alijs erroribus ſuprà in Almarico.

Decarthitæ,Manichæi fuerunt,& de eis diuus imperator facit mentionem.C.de hære.Nota ꝙ Manichæi totũ uirus euomentes contra honorẽ creatoris oĩm machinati ſunt,& propagines ſuas longe lateq; extenderũt, pro quorum extirpatione eccleſia multos agones ſubijt.

Deſiderius hæreſiarcha,de quo b.Tho.contra impugnãtes rel'.c.6.Deſiderius hæreſiarcha Lõgobardus,noſtri tpis edidit quendã tractatũ cõtra catholicã ueritatẽ, in quo inter cætera condẽnat ſtatũ eoꝝ,qui relictis omibus egere uolunt cũ Chriſto,hic paupertatẽ totaliter cõdemnat, & ꝙ non ſit licitũ ſua oĩa pro Chriſto relinquere,niſi talẽ religionẽ intret,quę poſſeſſiones habeat,uel niſi talis ſit ꝙ de labore manuum uiuere intendat.

Deuterus hæreticus Arrianus epiſcopus, dum in Conſtātinopoli, ut dicit Sigibertus in ſua chronica, Barbam quendam baptizaret, & male diſtinguens trinitatem, dicēs: Baptizo te Barba in nomine patris per filium in ſpiritusancto, aqua diſparuit.

Dimophilus Arrianus fuit, nec dogma Arrianorū anathematizare uolens, idcirco in concilio Ariminenſi damnatus eſt tempore Conſtātij imperatoris. De quo etiā 2. lib. Inſt. trip. ca. 22. & li. 9. ca. 10.

Dioſcorus olim epiſcopus Alexandrinus, anno domini. 444. ſub Martiano principe & Leone primo, q dixit unam naturā eſſe uerbi dei & carnis. Peccat igit in fide, qui eſt defenſor hereticorum. 24. q. 1. c. 2. Et huius ſectam & ſubſceleratæ cohortis ponit Iohannes Damaſcenus li. 5. ca. 3. dicēs: Dioſcorus & Seuerus, & eorum ſcelerata cohors. Vnde ſancti patres apud Chalcedonem cōgregati, Dioſcorum damnarunt, non tantum de hæreſi, ſed etiā quia auſus fuit ſanctum Leonem papam excommunicare maiorem ſe, ut dicitur diſt. 21. c. intantum. & diſt. 15. ca. canones ſunt ſecuti, &. 24. q. 2. ca. ſane exiſtunt etiam quidem Dioſcoro. & C. de hære. l. quicunq; Apollinaris facinoroſiſſimam ſectam. Eutiches & Dioſcorus communicatores permanſerunt uſq; ad mortem eius. Contra Dioſcorum ſcripſit Hilarius librum unum ad præfectum Salutium. Et Theodorus epiſcopus Syriæ ciuitatis dicta fortia contra eundem fecit.

Diodorus, de quo Damaſcenus lib. 3. c. 3. dicit: Deo odibilis Neſtorius & Diodorus, & igne dignus Theodorus, & eorum dæmoniaca cōuentio: & cum alijs Arrianis poſuit in Chriſto unionem perſonalem in una dūtaxat natura. ſ. humana: & Chriſtum negauit uerū eſſe deum. Vbi nota, φ dixerunt Chriſtum tm̄ fuiſſe hoiem, & ipm ad diuinā propemodū dignitatē ob gratiæ abundātiam operumq; excellentiā eſſe euectū, & proinde deū in ſcripturis appellatum, quaſi nō natura deus eſſet, ſed gloria tm̄ honore nois. Vnde quidam eorū dixit, nō inuideo Chri-

ſto facto deo, hoc & ego fieri poſſum ſi uolo. De hoc habet Gregorius.18.libro moralium. Et dicit Hilarius: Hic enim uerus & proprius eſt filius: origine, nō adoptione: ueritate, non nuncupatione: natiuitate, non creatione.

Diſcalciati, iſti non intrant ſancta loca, nec locum orationis, niſi ſint diſcalciati: moti ex illo uerbo quod dominus dixit ad Moſen Exodi.3. Solue calciamētum de pedibus tuis. Et illum modum tenent Saraceni, quādo intrāt Meſquitas eorum nudis & lotis pedibus, ut adorent perfidum Mahometum diebus ſingulis, certis horis, ut dicitur in Clc. Cedit quidem de Iudæis & Saracenis &c̄. De his ſic ſcribit Auguſtinus de hære. Eſt alia hæreſis, nudis pedibus ſemper ambulātium, in eo quod dominus dixit ad Moſen: Solue &c̄. Et quod propheta Iſaias nudis pedibus iuſſus fuit ambulare. Iſaiæ.20. Calciamenta tua tolle de pedibus tuis.

Donatiſti uel Donatiani uel Donatiui, à Donato quodam Afro nuncupati ſunt, anno.334. ſub Conſtantio imperatore & Iulio.1.papa. Qui Donatus de Numidia ueniens, penè totam Africam ſua perſuaſione decepit, aſſerēs minorem patre filium, & minorem filio ſpm̄ſanctum, & rebaptizauit catholicos.24.q.3.quidam. & C. de hęre. Iſte error uocat̄ rebaptizantium, contra illud de conſe. diſt. 4.c.eos, non licet fieri rebaptizationes. &.c.1.rebaptizare. Et talis punit̄ capite. C. ne ſanctum baptiſma reiteret̄ li.1. Vnde Donatiſtæ & Manichæi totam ferè Africam cū ſuis erroribus corruperant, & imperitos deceperant: & ſanctum Auguſtinum fatigabant, propter quod multos libros contra illos ſcripſit: Et Donatiſtæ erant magni in ſcientia ſeculari, erant maiores in munditia, in potentia erāt maximi, & in diabolica ꝟſutia, & diuerſi fuerūt alumni Donati. Vnde Donatus apd̄ Carthaginē Donatiſtaꝝ ep̄s, dicebat ꝙ ueꝝ baptiſma niſi in ſua cōione dari non poterat. &.23.q.4.c.diſplicet, de iſto Don. dicit̄, ꝙ cū eſſet captus à Chriſtianis, obiecit Aug. ꝙ nemo debet capi, ex quo dedit deus homini libeꝝ arbitrium. Hi uocant̄ Ro-

mæ montenſes: ad hanc hæreſim pertinent Circũcellio nes, hi dicuntur etiam Parmenianiſtæ. Et Cyprian. Carthaginẽ epiſcopus cõtra Donatum & Nouatianum diuerſos tractatus & epiſtolas fecit. Vnde Donatiſtæ ex ambitione & inuidia inſurgentes contra Cæcilianum, contra quem non præualuerunt, quaſi totã Africam ſuis deceptionibus ſeparauerunt ab unitate eccleſiæ catholicę, ſchiſma facientes, & mendoſe Cæciliano crimina impoſuerunt, quæ probare nequeuntes, a iudicibus falſarij reprobati ſchiſma pertinaciter in hæreſim uerterunt. Et Leo papa in epiſtola ad imperatorem Conſtantinũ: Donatiſtæ in ſola Græcia orthodoxam eccleſiam iactabãt. Item Hierony. in li. de uiris illuſtri. Extant Donati ad ſuam hæreſim pertinentia multa opuſcula, eſt liber de ſpirituſancto Arriano dogmati congruens, ſed ut dicit Hilarius in epiſtola ad Donatum diaconũ: Vbi quæſo ſunt commenta Donati, reuera amodo non comparent.

Doſitheus, unde & Doſithani hæretici, unus fuit de adulterinis & primis corruptoribus fidei, qui & connumeratur inter primos pſeudapoſtolos. Hierony. contra Luciferi. Doſitheus Samaritanoꝝ princeps, ꝓphetas repudiauit. Tertullianus, Doſitheus primus auſus eſt prophetas quaſi non in ſpirituſancto locutos repudiare.

Dulcinus Nouarienſis tempore Clementis quinti, & Henrici ſeptimi imperatoris, anno 1034. ueteꝝ & nouorum erroꝝ inuentor. Et Clemens quintus miſit inquiſitores ordinis Prædicatoꝝ contra eum, & crux prædicata eſt & indulgentiæ datæ, & exercitus miſſus eſt cũ apoſtolico legato, qui ipſum & ſuos complices in alpibus poſitos partim & inedia & frigore, & partim in armis oppreſſit, & Dulcinus capitur, & cum Margareta uxore ſua hæretica & complicibus combuſti fuerunt, prius tamen mẽbratim conciſi: & epiſcopus Parmenſis & frater Manfredus ordinis Prædicatoꝝ inq̃ſitor, duas epiſtolas Dulcini hæreticales condẽnauerunt. Verum hæc peſtis omnino deleri non potuit, ſed in tridẽtinis mõtibus, ubi Dul

tinus ſuæ hæreſis initiũ dedit, manſerũt aliæq̃ eius reliquię, & tales uocanť Dulcini uel Dulciniſtæ. Hi ad ſex milia utriuſq; ſexus ſub ſpecie charitatis ſimul habitare docuerunt, & in montibus habitãtes in oẽm luxuriã ꝓlabebanť, quæ peſtis duob. annis multos impugnauit, & ipſius Dulcini ſcelerã & pœnas in inferno meritas dãtes, cõtemporaneus eius in ſuo tract. de inferno meminit. Et illud Oſeæ. 4. intelligi põt de iſta ſecta immundiſſima: qm̃ ipi cũ meretricib. cõuerſabãť, & cũ effœiatis ſacrificabãt. Hæretici eñ clãdeſtinis conuenticulis coeũt, ut errori ſuo reuerentiã, quã ex rõne non ualent, præbeant ex occultatione. Et Hiero. ſuper illud Oſeę. 6. In domo Iſrael uidi horrendũ, dicit: In domo hæreticoꝝ uideť horrendũ cũ magiſtris fornicãtib. ppl's ſeductus pariter ſordidatur.

Durandus de Vualdach in partibus Arragoniæ, tpe Iohã. xxij. cũ quodã ſuo cõplice dogmatizauit hæreſes certas, & ꝙ matrimoniũ nõ eſt, niſi occultũ meretriceũ. Tãdem præſente dño Iacobo rege Arroganũ eius hæreſes fuerunt dãnatæ per epm Gerundẽſem & Arnuldũ Burgeñ. inquiſitorẽ, & ipſi ut impœnitentes fuerũt cõbuſti.

EBionitæ uel Ebionæ uel Ebiones uel Ebionei dicti ab Ebione, anno. 84. ſub Domitiano Cæſare & Cleto papa, dicũt Paulũ apoſtatã legis, & Chriſtũ tm̃ per profectum ſolũ uiꝝ iuſtum putant. i. Chriſtũ tm̃modo hoiem dicunt, & tenent euãgeliũ ut legem carnaliter, & obſeruant circuncifionẽ & cætera legalia. De his fit mentio in legẽda S. Philippi, qui illã hæreſim in Aſia extinxit. Et Ignati⁹ ad Trallianos: Fugite illos hominis diabolici cultores Ebionitas, quos maledictos Ieremias propheta aſſeruit: Maledictus qui confidit in homine. ſ. tantũ, & ã deo recedit cor eius. cap. 17. Et huic hæreſi Epiphanius Samſeos & Elceſeos ita copulat, ut ſub eodẽ numero tanq̃ una ſit hæreſis ponat, aliquid tñ intereſſe ſignificans. Hiero. in de eccleſiaſticis ſcriptoribus: Iohãnes nouiſſimus omnium ſcripſit euangeliũ, rogatus ab Aſię epiſcopis, maxime contra Ebionitarum dogma, tũc cõ

ſurgens, qui aſſerunt Chriſtum ante Mariam non fuiſſe: unde etiam compulſus eſt diuinam edicere natiuitatem. Et Hieronymus ſuper Iſai.1. ſimul arat in boue & aſino: Ebion dignus ꝓ humilitate ſenſus paupertate nominis, qui ſic recipit euangelium, ut Iudaicarum ſuperſtitionū qui in umbra & imagine præceſſerunt, ceremonias non relinquat. Et idem in libro in Iſaiam: Iudaici erroris hæredes Ebionitæ, qui pro humilitate ſenſus nomē pauperum ſuſceperunt, omnesq́; mille annorum delicias præſtolātes, & equos & quadrigas & lectos &c. ſic intelligūt ut ſcripta ſunt.

Elpidius hæreticus, de quo ſic Hiero. ad Cteſiphontē aduerſus Pelagianos: In Hiſpania Agape mulier Elpidiū uirꝝ cæcum cæca duxit in foueam, ſucceſſoreq́; ſui Priſcilianum habuit Zoroaſtris magi ſtudioſiſſimū, & ex mago epm, cui iuncta Galla non gēte, ſed noie, germanam huc illucq́; currentem alterius & uicinæ hęreſis reliquit hęredem. De peſte aūt Agapetarꝝ quō introiuit eccleſias, habet idem Hieron. ad Euſtochium de cuſt. uirg. De hoc ſupra in Agapetis.

Echibos ſophiſta Conſtantinopolitanus, de quo dicit in.6. li. hiſt. tripar. ca.28. plurimi quidem non recta mente Chriſtianum habentes nomen, quippe pecunias & honorem præſentem & felicitatem ueræ fidei præponentes, ad ſacrificiorum ſcelera deſcenderūt, quorꝝ unus fuit Echibos. Is enim mores imperatorꝝ ſequens ſub Conſtātio feruētiſſimum ſe finxerat Chriſtianū. Sub Iuliano celeriter paganus effectus eſt. Et rurſus poſt Iulianum uolebat eſſe Chriſtianus, proſternēs ſe ante ianuas eccleſiæ pronum, magna uoce clamabat: Cōculcate me ſal inſenſatum. Dicitur aūt hæreticus ſal infatuatum, quod proiectum eſt foras, & conculcat̄ ab hominibus: quo quid uili⁹ & magis contemptum?

Eriani, hi ſunt Arriani, de quibus ſupra.

Etius diaconus ordinatus à Leontio Antiochenę eccleſiæ præſule, Arrianus fuit: quō aūt à diaconatu depoſitus

eſt, & ab eccleſia factus extraneus, & excõicatus in ſynodo Conſtantinopolitana, uide in.5.li.hiſt.tri.ca.42.

Eligius hæreticus apud Cameracum, aſtutus, timẽs cõburi à fratribus prædicatorum, ſe obſeſſum fingit, & ad ſanctum Gangericum ligat in haſta ab amicis, ut omnes homines reputarẽt eum furioſum. Quidã clericus obſeſſus, diuina manu ſolutus, colligens in nocte circa hæreticum ligatum ſtramina, & ignem de lampade ſumens, incẽdit cumulum ſtraminum. Hæreticus clamat, cuſtodes expergefacti, ignem extinguere nitebant: ſed clericus arrepto gladio omẽs abegit, hæreticus combuſtus eſt, diuino iudicio exacto, Clericus à dæmone liberatur. Nota hic maliciam dæmonis, hic prodit maleficum, & infrà defendit hæreticum Guidonem de Lacha. Augu.1.de ciuitate dei, capi.1. Multi in eam ſcilicet eccleſiam, tantis tamq; multis beneficijs redemptoris exardeſcunt ignibus odiorũ, ingrati ſunt, ut hodie contra eam linguas mouerent, niſi ferrum hoſtile fugientes in ſacratis eius locis uitam, de qua ſuperbiunt, inuenirent. De hoc Eligio in.2.lib. Apũ uerſus finem.

Elcheſaitæ, uel ſecundum Epiphanium Elceſai, & Auguſtinus Elceſeos & Samſeos, à quodam pſeudopropheta dicit eſſe deceptos, qui uocabatur Elci, ex cuius genere duas mulieres tanquam deas ab eis perhibet adoratas. Et hi de ſcripturis ſanctis refutãt, & utuntur teſtimonijs de nouo & ueteri teſtamento quibus uolunt, & apoſtolũ Paulum ex integro reſpuunt, & aſſerunt, quod in perſecutionibus ſiquis negauerit fidem, nihil criminis habeat pro eo, is qui fixus eſt in corde ſuo, talia ſi ore negauerit pro neceſſitate, corde tamen in fide permaneat. Sed dicit Auguſt. ſuper pſal.118. Pactum dei non obſeruauerit, qui perſecutionem non tolerantes, à teſtimonijs dei negando declinauerunt. Et libellum quendã circunferunt, quẽ dicunt de cælo lapſum, cuius ꝟba ſi quis audierit, remiſſionem accipiet peccatorum, aliam præter illam quã Chriſtus dedit.

¶Euagrius Ponticus Hiperbarita hæretica ſcripſit, ut patet in libro ſuo ad uirgines. Item ad monachos & ad uirginem, cuius nomen nigredinis teſtatur, in quo perfidię tenebras exarauit, & in aliis libris, ut ſcribit Hieronymus contra Lucife.

Eraclitę, ab Eraclio exorti, monachos tantum recipiunt, coniugia reſpuunt, regna cælorum paruulos habere non credunt ſecundum Iſid. &.24. quæſtione.3. quidā. Eraclitæ in primo articulo peccant, quia deus non eſt acceptor perſonarum. In ſecundo ſimiliter, quia coniunctio matrimonialis eſt iuris naturalis. In tertio peccant contra illud Euāgelii: Dimittite paruulos ad me uenire.

Elpulius ſenex hæreticus, dixit nullam utilitatem ex ſancto baptiſmate baptizatis accidere, ſed ſolam orationem ſtudioſam inhabitantem dæmonem effugare. Dicebat inſuper unumquemque naſcentium à progenitore ſuo ſicut naturam, ſic etiam dęmonum trahere famulatum, & expulſis per illam orationem ſtudioſam ſpiritumſanctum aduenire, & ſenſibiliter & uiſibiliter ſuam deſignare pœnitentiam. Atque corpus paſſionibus motum cuiuſlibet eripere, & animam à mala uoluntate penitus liberari, ita ut nequaquā de cætero egeat neque ieiunio macerante corpus, neque doctrina refrenante & progredi doctrina libenter edocente. Non autem ſolum qui hoc impetrauerit corporis exultationibus liberaſ, ſed apte etiam futura prouidet, & ſanctam trinitatem oculis cernit. Hūc autem Flauianus laudabilis præſul Antiochenus fœtidiſſimum effodiens fontem & eius pocula cūctis examinanda producens. Infeliciſſime ait ſeni, uetuſtiſſime dierum malorum, increpauit te os tuum, & non ego, labia enim tua teſtantur aduerſum te. Hæc ſeptimo libro hiſto. trip. cap. undecimo.

¶Eleuſius Cyzici, qui præerat eccleſiæ Macedonianorum, & cum eo triginta ſex eiuſdem ſequaces q cum imperator Theodoſius & epiſcopi partis eius numero centum quinquaginta laborarent ut unirentur eccleſiæ. At illi

eius monita apertaq; conuitia paruipendentes,elegerũt ſequi potius Arrianam peſtem, quàm conſubſtantialem dicere trinitatem. Hæc fatentes de Conſtãtinopoli ſunt egreſſi,& ſcribebant alterutris, ne quis eorum in Niceni concilij dogmate conſentiret.Ex.9.lib.tripar.hiſt.ca.12. diſt.45.ca.Cum beatus Salomon. Hinc etiã Apl̃us magũ illum corporali cæcitate damnauit.Item.23.quæ.8.cap. I. Pauli conſtantiam,qui Elimam magum uijs domini reſiſtentem æterna ſeueritate damnauit.

Elimas à fide relapſus,effectus maleficus ut Simon magus.Eſt enim binomius,dicit̃ Barieſu.i.filius Ieſu,& ſic ſecundum Bedam corrupte legitur Bariehu. Dicit̃ Elimas, quod interpretatur dei mei menſura uel cenſus: ſic enim faciebat ſe uocari,ut crederetur nuntius dei.Et aduerſabatur Paulo,quia Sergius Paulus proconſul, qui conuerſus fuit ad prædicationẽ Pauli, & eũ audire & uerbũ dei deſiderabat.Act.13.Sed Elimas reſiſtebat quęrens auertere proconſulem à fide.Paulus autem repletus ſpũſancto, intuens in eum,dixit:O plene omni dolo & omni fallacia,fili diaboli,inimice õmis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere uias domini rectas: & ecce nũc manus domini ſuper te,& eris cæcus, & non uidens ſolem uſq; ad tempus. Et confeſtim cecidit in eum caligo & tenebrę. De.45.diſt.c. Cum b.Paulus illum magum corporali cæcitate damnauit.23.q.4.c.quod Chriſtus.Sic Paulus dum à ſuo contemptu pia admonitione & multimoda commẽdatione ſui, Corinthios magum illum Elimam qui credituros à fide retrahebat,cæcitate percuſſit,ut cæteri perterriti,prædicationem eius non impedirent,ſed in Chriſtum credentes, animæ cæcitatem effugerent. Et gloſſa .1. Petri .3. Vtilius fuit Tobiæ percuti cæcitate ſine culpa,ut probaretur eius patiẽtia,quàm Elimæ mago , qui pro perfidia percuſſus à creditorum dementatione remouet̃,& æternæ ultioni præparat̃.Poſtea autem recepto uiſu,obſtinatus permanſit.Et Barnabæ apl̃o ualde reſtitit in Cypro.

Emeritus in Cæſarienſi Mauritaniæ ciuitate epiſco-

pus,præcipuus ſectæ Donatiſtarum diſponſor,quem occaſi one quadam uenerabilis memoriæ Aug⁹ reperiens cum aliis epiſcopis ſedis ap̃l'icæ diſputatione ſuperauit, geſta apud Carthaginem continent inter epiſcopos confecta, de hoc Poſſidonius in uita b.Auguſtini.

Enchidiæ,hi heretici nolunt manib.laborare,& ſunt complices Turilupinorum:de quibus infrà.& Aug⁹ in libro de hære.dicũtur Enchitæ,opinari monachis non licere ſuſtentandæ uitæ ſuæ cauſa aliquid operari,atq; ita ſeipſos monachos profiteri, ut omnino ab operibus uacent.Idẽ refert Cyprianus in opere ſuo de hære.Damaſ. in libro primarum hæreſum:Enchitæ dicunt, q; neq; baptiſma perficit hominẽ,neq; diuinorum myſteriorum aſſumptio purificat animam,ſed ſola apud eos exercita diuina oratio.

Eluidiani,ab Eluidio Auxentii diſcipulo nuncupati, uel Heluidiani cum aſpiratione: contra quem Eluidium Hiero.lib.ſcripſit,qui docuit quod beata uirgo poſt partum non manſit uirgo, ſed fuit per Ioſeph corrupta. Et b.Thomas.3.parte.q.28.art.3.abſq; omni dubio deteſtandus eſt error Eluidii,qui dicere præſumpſit, matrẽ Chriſti poſt partum à Ioſeph eſſe carnaliter cognitã, & alios filios genuiſſe:quod reprobat.27.q.2.genuit.& de ꝟborum ſig.ca.Ioſeph. Quære ſuprà in Antidicomaritis.Hoc enim Chriſti perfectioni derogat, & iniuriã facit ſpirituiſancto, cuius ſacrariũ fuit uterus uirginalis, derogat dignitati & ſanctitati matris dei,& ipſi Ioſeph tanta præſumptio imputaretur,derogat quoq; illi quod Ezec.42. dicitur:Porta hæc clauſa erit & non aperiet,& uir non trãſibit per eam,quoniam dñs de⁹ Iſrael ingreſſus eſt per eã. Aug⁹ in lib.de hæret.Mirum iſtos prætermiſſos Eluidii nomine Antidicomaritas Epiphanius appellauit.

Euphrata epiſcopus Colonieñ. ſed inſania Arrii infectus,nec oues eum ſequebantur:quem ab epiſcopatu depoſuerunt.14.epi,uidelicet Maximinus Treuereñ,Valẽ-

tinus Arelateñ. Donatianus Cabellonoꝝ, Seuerinus Senonenſis, Optatianus Cercaſſinus, Ieſſis Nimitini, Victor Vangionum.i.Vuormacieñ. Valerianus Altiſiodorenſis, Simplicius Auguſtodinenſis, Amandus Argẽtoracenſiũ, Iuſtinianus Rauracoꝝ.i.Baſiliẽ. Eulogius Ameganoꝝ, Seruatius Tungerẽ. Diſcolius Remoꝝ, qui una ſententia dixerũt: qa Euphrata auſus eſt Ieſum Chriſtũ negare deum eſſe, ideo non eſſe dignum epiſcopatu, ſed deponendũ, & in locum eius inſtituerunt ſanctũ Seuerinum Burdegal. doctorem uitæ & hæreticoꝝ malleum. Nemo eñ magis eccleſiaſticus eſt ꝙ qui nunꝗ hęreticus fuit ſm Hierony. ad Theophilum. &.1.q.1.c.ferẽ. Vulnerato paſtore, quis curãdis ouibus adhibet medicinã, aut quõ ppl̃m orationis iaculo tueatur, qui iaculis hoſtium ſeſe feriẽdum exponit, aut qualem fructũ de ſe producturus eſt, cui graui peſte radix infecta? Hæc acta ſunt.12.Maij.

Eudoxius Arrianus, quo ſuadẽte Gothi Arriani facti ſunt.8.li.hiſt.tri.ca.13.qui & ſua peſte Germanicıam corrupit, fuit eñ eps Germanicæ, quæ eſt ciuitas Syrię, & ut dicit uenerabilis Beda.4.lib.de geſtis Angloꝝ.ca.18.poſt concilium Nicenum cõgregata fuit in Anglia ſynodus, quæ glorioſe approbauit & acceptauit condemnationẽ hęreſum Arrij, Macedonij & Eudoxij. Hic nota ꝙ ſm Hierony.23.eps Antiochiæ poſt Paulinũ Euſtathius ordinat̃ eps, quo in exilium ob fidẽ truſo, uſq; in præſentẽ diẽ Arriani eccleſiam occuparũt, Eulabius, Eupharnius, Placillus, Stephanus, Leontius, Eudoxius, Meletius, Euzoicus, Dorotheus, rurſus Meletius, quoꝝ idcirco tpa nõ digeſſi, eo qđ hoſtes potius Chriſti ꝗ epiſcopos iudicem. Item Eudoxiani uel Arriani, id eſt, qui contra ſpm̃ſanctum pugnant, damnantur in ſecũda ſynodo uniuerſali Conſtantinopolitan. Hic Eudoxius nauem ſuam mergebat, non regebat.

Euphenitæ, hi hñt unã & eandem ſectam & hæreſim, ſm Epiphanium, cum Pſallianis, quære infra.

Eucratici dicti, qui carnem abominantur, anno.175.

ſub M. Antonio imperatore & Aniceto papa, & à Taciano, Eucrates, Bardeſanes, alterius hæreſeos princeps notus efficitur, & concordant cum Tacianis. &. C. de hære. appellantur Eucratiſtæ. Euſe. Cæſa. lib. 4. Muſani fertur libellus multa elegãtia ſcriptus ad quoſdam fratres, qui declinauerunt ad hæreſim Eucratiſtarum nuper exortã, cuius autorẽ extitiſſe Tacianum ſermo aſſerit, uel dicuntur, ſecundum Aug. Eucratitæ.

Euſonius eps lepra Arriana infectus, dixit ꝙ filius nõ eſt ſimilis patri ſcdm ſubſtantiam, neq; uerus eſt, neq; uera eius ſapientia, neq; ueꝝ naturał'r patris uerbum eſt. 1. li. hiſt. tri. c. 13. Hunc Alexander Mag. eps priuauerat diaconatu. 2. li. hiſt. tri. c. 48.

Euticius dogmatizauit ꝙ alius hõ morit, & alius reſurget: & quod inuiſibile & impalpabile corpus futuꝝ ſit, contra illud Iob. 19. Quem uiſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. In quo expreſſe indicat ueritatem reſurrectionis, & prauorum facta redarguit. Vide in glo. dicti ca. Iob.

Euticiani uel Euticetæ ſiue Euticianiſtæ. C. de hære. l. quæcunq;. uel Euticiuſtæ. l. Arriani. dicti ab Euticete Cõſtantinopoł. abbate, qui Chriſtum poſt humanam aſſumptionem negauit exiſtere de duabus naturis, ſed in eo ſolam diuinam aſſeruit eſſe naturã, de quo dicit Beda in homilia ſuper Marcum. ca. 8. In hac lectione conſiderãda eſt in uno eodem'q; redẽptore noſtro diſtincta operatio diuinitatis & humanitatis, atq; Euticetis error, qui unã tãtum in Chriſto operationẽ dogmatizare præſumpſit ꝓcul à Chriſtianis finibus expellendus. Et Boetius in li. de duabus naturis eandẽ hæreſim reprobat, & quarta ſynodus Chalcedonen. ſub Martiano principe Euticetem prę damnauit diſt. 15. canones. Et Marcellus martyr Anticyranus eps multa aduerſus Euticetẽ Gręcum ſcripſit uolumina, & Proſper eps Aquitanicus diuerſas epłas, & contra eundem Gennadius. 6. libros ſcripſit. Anno. 444. ſub Martiano imper. & Leone. 1. Mochimus Meſopotamius

apud Antiochiam presbyter ſcripſit aduerſus Euticetē egregium librum. Et. C. de epiſcopis & clericis. l. Quoniam: Aboleatur Euticetis damnoſa memoria, Fabiani aūt laudabilis recordatio releuetur.

Eunomiani ab Eunomio dialectico Aetij diſcipulo, q ſophiſmatibus cōtra deum locutus eſt, inquiens: Deus de ſubſtantia ſua nihil nouit amplius ꝗ nos. Diſſimilem patri aſſeruit filium, & filio ſpm̄ſanctum, hic impietatis cumulo auxit Aetij blaſphemias, multa cōtra fidem noſtrā ſcripſit, & diſputādo legis ſectatoribus ſuis dedit, uir aio callidus, anima & corpore leproſus, de quo Euſe. li. 4. & in hiſt. tri. li. 5. cōtra quē diſputat magiſter ſen. in. 1. diſt. 6, & Aug⁹. 16. de tri. & dicit de here. ꝙ adeo bonis fuit moribus inimicus, ut aſſeueraret ꝗd nihil cuiq; obeſſet quorūlibet perpetratio ac perſeuerantia pctōꝝ, ſi huius quę ab illo dicebaẗ fidei particeps eſſet, cōtra quē Baſilius elaborauit inſignes lib. & ſimiliter Gregorius Niſenus frater b. Baſilij, ſimiliter & Gregorius Nazian. duos lib. ſcripſit. Eunomiani dicunẗ etiam Anomiani. i. ſine lege, & condēnati ſunt in ſcda ſynodo uniuerſali Coſtātinopoľ.

FAuſtus Manichęus fuit, de Chriſto aſſeruit quod naſci non potuerit nec mori, & contēdit dicere Chriſto ex uirgine natiuitatē nullam, & mortē eius in cruce falſam fuiſſe, contra quem Aug⁹. 33. libros ſcripſit, & om̄ia opera eius ſunt apocrypha. di. 15. ſctā Romana. Fauſtus iſte maximus hęreſiarcha, qui legem ueterē & ꝓphetas blaſphemauerat, & deum ueteris teſtamēti malū eſſe dicebat, & fuit Afer.

Felix Manichæus, quamuis eſſet artibus liberalibus in eruditus, erat tamē uerſutior Fortunato, qui ad ciuitatē Hipponēſem acceſſit, & ibi ſuos diſſeminauerat errores, ſed Auguſtinus biduo in eccleſia pn̄ti populo diſputauit & eum conuicit, & duos libros contra eum ſcripſit. Hic Felix dixit quod Manichęus fuerit apoſtolus Chriſti, de promiſſiōe ſpirituſſancti multum errauit, & dixit terrā deo coæternam.

Felicianus Arrianus, contra quem diſputauit Aug⁹, & lib. contra eũ ſcripſit, aſſeruit ꝙ magis rationibus ꝗ ſcripturæ teſtimoniꝭs in fidei diſciplina agendũ ſit, & negauit homouſion. i. conſubſtantialitatẽ patris & filiꝭ, & qđ filius non ſit patri coæternus, & ꝙ ſit creatura. Et Aug⁹ argumenta eius tangit & ſoluit in decem & octo ca.

Feliciana hæreſis, à quodam Felice autore, quæ condemnatur anno. 784. ſub Conſtãtino. VI. & Adriano. I. Hæc hæreſis dixit, Chriſtũ eſſe filiũ dei adoptiuũ, ſed ut dicit Amb. li. de incar. adoptiuũ filiũ non dicimus filiũ eſſe natura, ſed eũ dicimus natura eſſe filium, qui uere eſt fili⁹, ſed Chriſt⁹ uerus & naturalis dei ẽ filius. Mat. 16. & . 1. Io. ult. Et prædicta hæreſis poſuit in Chriſto duas hypoſtaſes, de hoc b. Tho. 3. parte q. 23. ar. 4. Iſta hęreſis nitebaẗ ab eccleſia auferre ſanctoꝝ imagines, & in cõcilio Francfordenſi in Mogono fuit damnata, in quo concilio legati ſedis ap̃l'icæ præſidentes fuerũt, Theophylactus & Stephanus epiſcopi.

Flaccitas Arrianus & blaſphemus, multa opera impietatis & iniuſtitiæ dogmatizauit: ſimiliter & Step. & Leontius. 5. li. hiſt. tri. c. 32.

Flagellantium hæreſis fuit circa tp̃s conciliꝭ Lugd. in Italia ortũ habuit, & in Almaniam & Galliam progreſſa bifarie, q ſe nodoſis flagellis, in q̃bus aculei inſerti erãt, flagellabãt ad oſtentationem, ex qua ſecta multi graues errores pullulabãt in pleriſq; locis, circa fidẽ & ſacramẽta eccleſiæ: quæ poſtremo in parte igne & gladio exterminata fuit. Dicit Io. Gerſon in tract. contra ſectam illorum: Taliter ſe flagellantes non curãt de ſacramento cõfeſſionis & pn̄iæ ſacramentalis, dicentes ꝙ hæc flagellatio potior eſt ad delendũ pc̃tã, ꝗ quęcunq; confeſſio, imò æquiparãt uel præponunt martyrio, q̃m facimus, inquiunt, ultro fundẽdo ſanguinẽ proprium, q̊d ab aliꝭs martyres pati cogebanẗ. Dicit autor Vuandaliæ li. 8. ſecta flagellantium uehemẽter increuit per prouincias, incertũ quo autore primũ inſtituta, niſi illo qui cæteris non uigi

lantibus tradit euangelio ſuperſeminaſſe zizania. Homi
nes iſti rudes erant,cruces in ueſte p̄ferebāt,ad urbes gre
gatim ibant triſtes & mœſti, liuientes ex crebris ictibus
ſcapulas prætulere,neminē rogabāt aliqd, oblata ſpōte
ſumebant.His tn̄ religionis ſignis uitia tegebant & ale-
bant occulte. Aliqñ à duob.fratrib.ord.prædi.interpella
ti,qd nemine mittēti docere & p̄dicare p̄ſumerent:indi-
gnati in eos inuehunt,& cū alius ſua fuga uix cōſuleret,
uelociſſimus fretus pedibus, alium lapidibus obruerunt
iuxta Moſam.

Quinquaginta articuli Hæreticorum de ſecta flagel
lantium,ex.4.lib. de conſolatione eccl'iæ.

Primus articulus eſt,Quod ſecta crucifratrum,qui ad.40
annos uel circa,ſemetipſos flagellando, cū cantu per mū
dum tranſiuerūt, originem habuit ex quibuſdam literis
quas angeli ſancti Romæ ſuper altare beati Petri de cæ-
lo portauerunt.

Secundus,ꝙ ante.40.annos,cum ſeipſos flagellando cru
crifratres tranſiuerūt,deus papam Romanū & alios epi-
ſcopos cæteroſq; prælatos & ſacerdotes, ne deinceps po
pulo in ſpiritualibus præeſſent,licētiauit, & omni auto-
ritate ligandi & ſoluendi,aut quaſcūq; eos conſecrandi,
eoſdem ſimpliciter priuauit.

Tertius,ꝙ ſicut in expulſione negotiatoꝝ de templo ꝓ-
pter ſacerdotū malitiā Chriſtus repudiauit & abiecit ſa-
cerdotium Iudaicum:ita in tranſitu crucifratrum propť
presbyteroꝝ nequitiam deus licentiauit & abiecit ſacer
dotium euangelicum.

Quart⁹,ꝙ poſt trāſitū crucifratrū eccleſię,& cœmiteria,
aqua,ſal,cineres,oleū,& criſma,ac cætera hmōi ſacramē
talia debuerunt & debent ꝓ non ſacramentalibus habe-
ri,quia per nullū ſacerdotem potuerunt conſecrari.

Quintus,Poſt tranſitū crucifratrū eccleſiæ materiales fu
erunt,& ſunt non niſi congeries lapidū publicæ domus
p̄ctōꝝ,& ſpeluncæ latronum.

Sextus, Sacerdotes, baptiſmum aquæ, & aliorum ſex

ſacramentorum legem prædicando, docentes, ſunt ſeipſos cũ populo eiſdẽ credente ſpiritualiter occidẽtes.
Septimus, ꝙ claua mortificationis eſt aſperſorium aquę benedictæ, & ſcintillæ infernales ſunt aſperſę cum ipſo eiuſdem aquæ guttæ.
Octauus, ꝙ tota diuini officij in eccleſia decantatio non debet ſanctius qd reputari ꝗ canum ululatio.
Nonus, in tranſitu crucifratrum lex baptiſmi aquæ deponebatur à deo, lex baptiſmi proprij ſanguinis inſtituebatur.
Decimus, Quando Chriſtus in Cana Galilęæ circa finem nuptialis cõuiuij aquam albam in uinum rubeum mutauit, deſignauit, ꝙ circa finẽ mundi baptiſmus aquæ in baptiſmum ſanguinis mutari deberet.
Vndecimus, ꝙ ſicut uinum rubeum præ omni uino prius poſito cõuiuantibus magis placuit & commendabat, Ita noua lex baptiſmi ſanguinis ꝑ cunctis ante datis legibus adeo gratiſſima acceptabit.
Duodecimus, ꝙ poſt tranſitum crucifratꝝ nemo potuit ſaluari, & uerus exiſtere Chriſtianus, niſi in ꝓprio ſanguine cũ flagello de corpore ſuo excuſſo baptizaretur, & flagellatoꝝ eſſet confectaneus.
Tertiuſdecimus, ꝙ ſacramentum confirmationis ꝓ nullo & pro truſa debet reputari, quia nõ chriſmati Iudæi ita bene barbas habent & animas ſicut illi qui ſe à ſacerdotibus faciunt conſecrari.
Quartuſdecimus, ꝙ ſacraꝝ ordinum ſacramentum una cum ſacerdotio & ſacerdotibus eſt à deo ſimplicit abiectum & contemptum.
Quintuſdecimus, ꝙ deũ & corpus Chriſti non continet ſub ſe realiter altaris ſacramentum.
Sextuſdecimus, ꝙ ſi hoc eſſet ueꝝ, ꝙ in ſacramento eſſet ueraciter Chriſtus, deus diu eſſet deuoratus, etiam ſi eſſet mons ingens magnus.
Decimuſſeptimus, ꝙ ſacerdotum auaritia totum ſic ſibi ſubſtrauit mundum, ꝙ tam care uendunt hominibus pa

nem tantillum cuiuſmodi eſt hoſtia, pro qua ad minus uolunt habere denarium.

Hic deficit decimuſoctauus articulus.

Decimuſnonus, quod ſi Chriſtus eſt ueraciter in altaris ſacramento, tunc Iuda traditore, qui eundem Chriſtum dedit pro triginta argenteis, ſacerdotes moderni peiores exiſtũt, q̃ Chriſtũ ꝓ uno denario uendunt.

Vigeſimus, Altaris ſacramentum non eſt niſi kuckuck ſacerdotum.

Vigeſimuſprimus, quod ad mortalium peccatorum remiſſionem non oportet quod quis ſacerdoti facit confeſſionem.

Vigeſimuſſecundus: Qui ſacerdoti cõfitetur, nõ plus mũdicie acquirit, q̃ qui ſui lutoſo ſe allidit.

Vigeſimuſtertius, ꝙ omnia peccata, quantumcunq; inte riorib⁹ enormia, tollit ſola proprij corporis flagellatio ſpontanea.

Vigeſimuſquartus, ꝙ omes indulgẽtiæ ſunt penitus nulle, à q̃cunq; datæ, & cum ſacerdotio reprobatæ.

Vigeſimuſquintus, quod benedictiones ſacerdotum & cęteræ ſolennitates eccleſiæ, ſacramentum matrimonij nõ extollũt & dignificant, ſed magis ipſum deprimunt & deturpant.

Vigeſimuſſextus, q̃d magis confert infirmantiũ ſaluti in corpore recenť flagellato mori, quã integra olei libra ꝑ ſacerdotem in extrema unctiõe perfundi.

Vigeſimuſquintus, quod ueſtis nuptialis, quæ ſe indutã dignificat ſuperni regis conuiuio, eſt cutis recenter uulnerata cum flagello.

Vigeſimuſoctauus, quod poſt inceptam flagellatorum legem nemo beatitudinem cæli intrat, niſi quẽ ſpontanea flagellatio uſq; ad eruptionẽ ſanguinis uulnerauit.

Vigeſimuſnonus, quod poſt inchoationem ſectæ flagellatorum nullus more Romanæ eccleſiæ ſeptem ſacramẽta percipere potuit, qui in ipſorum perceptione mortaliter non peccaret,

Trigeſimus, q̄d loco prædictorum ſeptem ſacramentorū in iſta ultima lege flagellatorum omni Chriſtiano populo inſtituta eſt ſola ꝓprij corporis, in memoriam paſſionis Chriſti, ſpontanea flagellatio.

Trigeſimuſprimus: Poſtquam flagellatores per mundū primo tranſiuerūt, nulli homines paſſioni Chriſti grati & uere Chriſtiani fuerunt, niſi qui in flagellatorum ſecta extiterunt.

Trigeſimuſſecundus, q̄d ſacerdos & leuita, qui Chriſtum inter Hieruſalem & Hiericho à Iudæis uulneratū nō cōpatientes tranſierunt, ſunt moderni presbyteri, & credētes ipſis ppl̄i, paſſionibus Chriſti ingrati.

Trigeſimuſtertius, q̄d ſamaritanus, qui eundem Chriſtū uulneratū iumento impoſuit, & duos denarios pro eiuſdem cura protulit, eſt ſecta flagellatorum, quæ iā ſola Chriſtum paſſum in humeris proprijs portat, & cum denario dominicæ orationis & obſeruantiæ decem mandatorū curat debite & honorat.

Triceſimuſquartus, q̄d Antichriſtus diu regnauit & regnat, & q̄tidie imminet dies iudicij, qa Elias & Enoch iam in mūdo apparuerunt, & diu ſunt mortui.

Triceſimuſquintus, q̄d Antichriſtus, q diu iam regnauit, ſunt p̄lati, presbyteri, q Antichriſti ſunt & dicunt, qa ſectam flagellatorum infeſtant & perſequuntur.

Triceſimuſſextus, q̄d Elias iam mortuus eſt, qui fuit quidam Begardus, qui ad.48. annos propter hæreſim cōbuſtus eſt in Erffordia.

Triceſimuſſeptimus, q̄d Enoch, qui iam de ſeculo diu migrauit, fuit Conradus ſmet, qui hæreſes ſupradictas primus in Thuringia publicauit.

Triceſimuſoctauus, q̄d deus in principio omnium hominum animas ſimul creauit, & cum primo homine in paradiſum collocauit.

Triceſimuſnonus, quod quotieſcunq; fœtus humanus in utero matris animat, anima de paradiſo per angelū adducitur & fœtui inſpiratur.

Quadrageſimus, quod cum Begardus ſupradictus & Cõradus ſmet etiã præfatus in maternis uiſceribus exiſtentes animari debuerũt, angeli de paradiſo uenientes, uni Eliæ, alteri Enoch animã infuderũt, & ſic Elias unus ueraciter extitit, & Enoch realiter alter fuit,

Quadrageſimuſprimus, quod in die nouiſſimo non unũ per Chriſtum, ſed ſeptem uel octo per diuerſos iudices ſedebuntur iudicia.

Quadrageſimuſſecundus, q̊d ultimum iudiciũ in die nouiſſimo non ſedebit Chriſtus, ſed Conradus ſmet flagellatorum hæreſiarcha.

Quadrageſimuſtertius, quod quamuis omnia iuramenta qualitercunque fiant ſint peccata mortalia, eligibilius tamen eſt flagellatores coram inquiſitoribus iurare, & multa committere periuria, quàm ſe & ſectam prodere: quia poſſunt iuramenta & periuria poſtmodum cum flagello expiare.

Quadrageſimuſquartus, q̊d poſt hanc uitam non eſt ali quod animarũ purgatorium, quare defunctos non iuuãt ſuffragia uiuorum.

Quadrageſimuſquintus, q̊d exeqæ & uigiliæ defunctorũ ad nihil aliud ualẽt, niſi qđ ſunt aliquale ſolatiũ uiuorũ, & quod replent marſupia clericorum.

Quadrageſimuſſextus, quod crucem Chriſti & imagines glorioſæ uirginis aliorúmque ſanctorum nullus debet adorare, quia in ipſorum adoratione committitur idololatria.

Quadrageſimuſſeptimus, qđ ſolum omnes dies natiuitatis dominicæ Chriſti, Aſſumptionis uirginis glorioſæ ſunt celebrandæ ſecrete & ſtudioſe.

Quadrageſimuſoctauus, qđ nulla quæ per ſacerdotes mãdantur ſunt obſeruanda ieiunia, Sed ſolum uigilia natiuitatis, & aſſumptionis uirginis glorioſę, & cuiuſlibet ſextæ feriæ in anno uenientis.

Quadrageſimuſnonus, Dies natiuitatis Chriſti ſuper die ueneris ſi ueniat, cũ ieiunio ſextæ feriæ nõ diſpenſat.

Quinqgeſimus, quod exiſtentes in prædicta noua flagel latorum ſecta ſacerdotes uenerantur, & eccleſiæ ſacramenta percipiunt, eorundem mandatis obtemperant, & oblationes & iura ſoluunt in ieiunijs quatuor temporum, & alijs fidelibus conformant, & ſanctorum imagines & feſta colunt, ſolum propter hoc ne ab hominibus notentur, & poſtmodum de hoc pœnitentes flagello ſe percutiunt.

Florinus in urbe Romana gradu presbyterij collapſus una cum Blaſco ſocio criminis & furoris, plurimos de eccleſia in ſuum barathrum deducebant, noua aduerſus ueritatem figmenta machinantes, ut dicit Euſ. quinto libro cap.15. ſed Apollinaris Hierapolites contra hanc hæreſim ſcutum ualidiſſimum protulit. Ab iſto appellantur Floriani ſecundum Auguſtinnm, qui dicunt deum creaſſe mala, cōtra quod ſcriptum eſt Geneſis primo, fecit deus omnia bona, creaſſe ſcilicet, effectiue, nedū permiſſiue. Et dicunt deum eſſe cauſam mali, contra illud Iohann.1. *Sine ipſo factum eſt nihil*, id eſt, pc̄tm̄. Et aduerſant Coletianis.

Fotiniani, à Fotino diacono Theſſalonicen. uel à Fotiniano Gallogræciæ Smyrnæ epiſcopo nuncupati, q Ebionitarum ſuſcitans hæreſim, Chriſtum ex Maria per Ioſeph nuptiali coitu fuiſſe conceptum. 24. quæſtione tertio, quidam. Hic à Valentiniano imperatore expulſus fuit Anno.374. & moritur in Galatia. Et dicit beatus Tho. cōtra gen. cap.4. Quidam peruerſi homines huius doctrinæ ueritatem ſuo ſenſu metiri p̄ſumentes, de filio uarias & uanas opiniones conceperūt, opinātes Ieſum Chriſtum purum hominem eſſe, & ex Maria uirgine initium ſumpſiſſe, ſed per beatæ uitæ meritū diuinitatis honorē præ cæteris fuiſſe adeptum. Hanc poſitionem primo adinuenerunt quidam antiqui hæretici, Cherinthus & Ebion, quā poſtea Paulus Samoſetanus inſtaurauit, & poſtea à Fotino eſt confirmata, ut qui hæc dogmatizent, Fotiniani nuncupentur. Et quinto libro hiſt. trip. cap.5. Foti

nus dicebat, deus quidem omnipotens, unus qui propriò uerbo condidit uniuerſa, ante ſecula natiuitatem & exiſtentiam filij dicere fugiebat, ſed ex Maria natum dicebat Chriſtum: cuius dogma in concilio Smyrno damnatum eſt, & ſic dicti Glo. ſuper illud Hieremiæ.17. Maledictus homo qui confidit in homine. Maledictus ergo Paulus Samoſetanus & Fotinus, qui quamuis ſanctum & cunctis uirtutibus excelſum, Chriſtum tamen prædicant hominem, contrà illud ad Gal. primo: Non ab hominibus, neq; p hominē, ſed p Ieſum Chriſtū. Et idem habet de Fotino diſt.19.c. Anaſtaſius. Audentius ſcripſit contra Fotinianos librum, ut recitat Gennadius presbyter Maſſilienſis in de eccleſiaſti. ſcriptoribus. Hic Fotinus, ſecundum Cyprianum, ſymbolum Apoſtolorum infideliter explanauit, ut audientes ad argumentum ſui dogmatis traheret.

Fortunatianus, natione Afer Aquilegieñ. epiſcopus imperante Cōſtantino, breui & ruſtico ſermone in euāgelia ſcripſit commentarios. Et in hoc habetur deteſtabilis quod Liberium Rom. urbis ēpm pro fide in exiliū pergentē primus ſollicitauit ac fregit, & ad ſubſcriptionem hæreſeos compulit. Hæc Hieronymus in de uiris illuſt. De hoc Fortunatiano habet Cyprianus in lib. Epiſtolarum.1.epiſt.7.

Fratricelli, de quibus in extraua. Iohann.22. qui incipit: Sancta Romana. Nonnulli, inquit, profanæ multitudinis uiri, qui uulgariter Fratricelli ſeu Fratres de paupere uita, Biſochi ſiue Beguini, uel alijs nominibus nuncupantur in partibus Italiæ, necnon in inſula Sicilienſi &c. qui contra canones habitum nouę religionis ſumpſērunt, & infra. Et quia in errorum barathrum faciliter ruunt, qui conceptus proprios patrum diffinitionibus anteponunt, ipſorum quàmplurimi ſicut fide digna relatione percepimus, à ueritate catholicæ fidei deuiantes, eccleſiaſtica ſacramēta deſpiciūt, ac alios errores ſtudēt multipliciter ſeminare & cætera. De quorum etiam er-

roribus in extraua.Io.22.quorundam,& in alia,quia inter nonnullos: & Antonino.4.parte ti.11.cap.7.Nec oſtẽderũt aliud miraculum niſi incinerationem corporum. Et in.8.libro Saxoniæ : Fratricelli uiſionem animarum ſanctarum dicebant differri uſq; ad nouiſſimum diẽ, cũ præualeat ueritas dicente Chriſto ad latronem: Hodie mecum eris in para. Et in abditis locis eorum tale fiebat ſcelus, ut uocatæ & de induſtria ſeductæ ſpecioſiores q̃q; uiduæ uel uirgines cum in antris noctu uenirent ſacerdotes, et eius ſectæ clerici, clauſæ diuinas laudes ad comparandam fidem ex Chriſtiano ritu cantabant. Quibus noctæ media finitis, ſacerdotes alta admonebant uoce binos debere maſculum & fœminam, ſpiritu inuocato ſancto in copulam carnalem commiſceri. Quibus dictis luminibus extinctis, quilibet proximam mulierem pro ſternebat ſibi, & ſi ex tali coitu mulier cõcepiſſet, infans genitus in ſpelũcam deferebatur, & per ſingulas manus trahebať tamdiu totienſq; baiulandus quouſq; animam exhalabat. Iſq; in cuius manibus expirabat, maximus põtifex creatus habebatur. Et alia nefanda, ergo bene dicit gloſſa. Oſee ſeptimo: Hæreticus eſt uę æternum, qui recedunt à creatore, & ululant in conciliabulis ſuis, quæ cubilia appellantur quaſi ferarum luſtra, quibus libidini & ſtupris uacant. Et quicquid dicunt, putant ſe in laudes dei dicere. Vlulatus eſt luporum & canum inſanientium ſonitus. Et ſecundum Euſebi. de temporibus: Bonifacius octauus hæreſim eoꝝ qui ſe Fratricellos dicebant damnauit & ubiq; perſecutus eſt.

Fortunatus, à quo Fortuniani, de quibus. C. de hæret. Hic Fortunatus erat presbyter Manichæorum, qui apud Hipponem longò tempore fuit conuerſatus, & multos ibi deceperat, & in magna ibi erat fama, contra quem indicta erat ſolennis diſputatio inter ipſum & Auguſtinũ, fuit autem quæſtio: Vnde ſit malum. Auguſtinus dicebat quod malum in homine fuit ortum ex proprio libero uoluntatis arbitrio. Fortunatus autem dicebat, natu

ram mali deo eſſe coęternam, cum ergo ibi longa diſpu- tatio fieret, & ibi conſul & notarij eſſent, diſputatio non fuit illa die diffinita. Sequente autem die conuenerant, & Fortunatus publice eſt cõfuſus, & ſic à ciuitate Hippõ nenſi diſceſſit, & Auguſtinus cõtra eum librum ſcripſit. Et Auguſtinus de Fortunato ſermone quinto ad fratres in eremo dicit: Quoniam Fortunatum aduerſarium ad partes occulte uelut lupum perueniſſe iam ſentio, ideo compulſus reuerſus ſum ad uos cupiens illum uidere & cum eo pariter diſputare, & illum conculcare, deo auxi liante, qui totis uiribus diſſipare conatur, & iugulare fi- lios quos peperi in uiſceribus charitatis. Orate & nolite deficere, ut Fortunatum Manichæorum presbyterum ſi cut publice ſanctæ Chriſtianæ fidei inſidiatur, ita & nos cum ſuis, dei gratia coadiuuante, publice eum ſuperare poſſemus.

Friges ſunt Montaniſtæ uel Priſcillianiſtæ. C. de hær. de quibus dicit Euſebi. libro quinto capit. 17. ſi qui forte inuenti fuerint cum eis de hær. Frigum, ſecernant ſe ab eis, & reſpuant eorũ ſocietatem, ſpiritui Montani & Ma ximillæ acquieſcendum putant.

Fulgentius Donatiſta, duo principia & duo bapti- ſmata poſuit: & quod reis & peccatoribus ſacramentum baptiſmi nihil conferat, dicente Salomone: Fons uitæ in manibus iuſti. Quos errores ponit Auguſtinus in libro contra eundem.

GAbaonitæ uel Gaionitæ appellati, à Gaio, qui tẽ poribus Iuſtiniani principis per pp̃iperuerſi ele ctionem uno die electi ſunt epi. Hi errores Euti- cetis & Dioſcori ſequẽtes, Chalcedonenſe concilium re- ſpuunt. Ex duabus unam in Chriſto naturam aſſerunt, quam Theodotiani corruptam, Gaionitæ incorruptam contendunt: & dixerunt quod Chriſtus eſt compoſitus ex natura diuina & humana, igit̃ ſemp eſt immortalis, habens corpus incorruptibile, q̃d reprobat beatus Tho. quodlibe. 4. quæſt. 1. ar. 8. Gaionitis non enim ſolum cor-

ruptione putrefactionis poſuerunt corpus Chriſti incorruptibile,quod fides catholica tenet, ſm illud pſal. Non dabis ſanctum tuum uidere corruptionẽ. Sed etiã corruptione quæ pertinet ad corruptionẽ mortis,quod eſt impium,ut dicit Damaſcenus in.3.c.18. & hoc ante reſurrectionem.Nam ſi indiſſolubile,nõ conſubſtantiale nobis, ſed opinione & non ueritate facta ſunt, quæ facta teſtatͤ euãgelium famem,ſitim,clauorum fixuras,lateris apertionem & mortẽ: ſi autem opinione facta ſunt,fraus igitͤ eſt & deceptio diſpenſationis myſterium,& opinione, & non ueritate factus eſt homo: & opinione igitͤ & nõ ueritate ſaluati ſumus, ſed hic faceſſant, & qui talia dicunt ſalutis expertes fiant: Hæc ille.Et iſta hæreſis damnata ẽ in ſexta ſynodo.

Galderus Seguarienſis, aliâs Geraldus Seguerelli de Parma , famoſiſſimus hæreticus , condemnatus & concrematus fuit in ciuitate Parmenſi in Italia, per epiſcopum eiuſdem loci , & per patrem Manfredum ordinis prædicatorum inquiſitorem, tempore Bonifacij octaui, huius diſcipulus fuit Dulcinus,de quo ſuprà.

Gaudẽtius Donatiſtarum epiſcopus,qui contra Aug. duas ſcripſit epiſtolas,propter quod Aug.fecit duos li.cõtra eum,in quibus ad inſanias ſuas ſufficiẽter reſpondit, cõtra illum & alios Donatiſtas miſſus fuit quidam tribunus executor imperialium iuſſionum ad concremãdum Donatiſtas.

Galla non gente ſed nomine, maga fuit & hæretica, adiuuans Priſcillianum hæreticum,& ſm Hiero.ad Cteſiphontẽ aduerſus Pelagiañ. Priſcillianus cui iuncta Galla germanam huc illucꝗ currentẽ alterius & uicinæ hæreſis reliquit hæredem &c̃.

Galatæ Græci ſunt,quos ſanctus Auguſt. li.3.de ciuit. dei ca.21.uocat Gallogræcos,prouinciæ Aſię minoris,hi fuerũt filij Gallorum, qui uſꝗ ad Græciam proceſſerũt, & ibi remanſerunt.De quibus Iuſtinus lib.14.multa ſcripſit,qui Galatę ad fidem fuerunt conuerſi per S.Paulum

apoſtolum, ſed poſt diſceſſum eius tentati ſunt à falſis prophetis, ut in legem circunciſionis uerterentur, ad q̃s Paulus ſcribit, dic. O inſen. Galatæ, quis uos faſcinauit non obedire ueritati &c. quaſi diceret: O ueri ſtulti Galatę, quibus res uſque adeo abſurda perſuaderi potuerit, ut cum Iudæos ab onere legis liberaret euangelij fides, uos liberi nati, ultro daretis uos in ſeruitutem? Quis fuit ille qui ueſtræ inuidens felicitati, qua hactenus fruebamini per libertatem euangelicam faſcino uos læſit & iſtam incantauit dementiam, ut ueluti Chriſto diffiſi ad frigidæ legis præſidia confugiatis? Vbi nunc illa præclara fiducia, qua per mortem Chriſti ſperabatis perfectam iuſtitiam ac ſalutem abſq; legis auxilijs? Vnde Hieronymus ſuper Amos .2. Qui ita ingreditur eccleſiam, ut legem ſeruet cum euangelio, cum patre Iudæo ingreditur ad puellam, id eſt, circunciſionem, & alias legis obſeruantias, ita & pater Iudæus & imitator Chriſtianus una fornicatione contaminantur, Chriſtum putantes inſufficientem. Ad Galatas quinto: Si circuncidimini, Chriſtus nihil uobis prodeſt. Quemadmodum enim per baptiſmnm toti dicamur Chriſto, ita qui circunciditur, totus dedicatur legi.

Gauiſus epiſcopus, ſed Arrianus, quem Alexander Conſtantinopol. cum cæteris excommunicauit, primo libro hiſto. trip. capit. decimotertio: Hieronymus aduerſus Lucife. dicit: Cum igitur epiſcopus in eccleſia conſtituatur ut populum coerceat ab errore, quantus erit error in populo cum errat ipſe qui doceat, prohdolor Antichriſti diſcipulus Chriſti eccleſiam gubernat, ſi quippe ut uis Arrianorum epiſcopus hoſtis CHRISTI ſit infatuatum ſal: Sit lucerna ſine igniculo, ſit oculus ſine pupilla, nempe eo peruenies ut ſalire non poſſit, qui ſal ipſe non habeat, non illuminet cæcus, non accendat extinctus.

Gazari, de quibus. C. de hære .l. Gazaros Patarenos &c. perpetua damnamus infamia, diffidamus atq; bãnimus.

& in cœna domini Romæ excommunicantur. De his extra de hære. cap. ſicut ait beatus Leo. Quia in partibus Tholoſanis hæreticorum, quos alij Gazaros, alij Patarenos, & alij alijs nominibus uocant, inualuit damnanda peruerſitas &c. Et Hierony. ſuper. 47. Iſaiæ, Gazarenos aruſpices appellat.

Gaius, Germinius, iſti duo hæretici in caudis colligati in errore Arrij, cum ſuis condemnati ſunt in concilio Ariminenſi tempore Conſtantij imperatoris, quinto libro hiſto. trip. cap. 22.

Georgiani, à ſancto Georgio ſic uocantur, quē in ſuis prælijs contra paganos præcipuum habentes aduocatū & ſigniferum, cum honore uenerant, quocunq; tendūt in turmis ſimul incedunt, & habēt uexillū cum imagine btī Georgij depictum, & ſunt Chriſtiani uicini ciuitatī Mechæ, ubi habetur corpus Mahometi Saracenorum ꝓphetæ, & habent archiepiſcopum qui eſt in monte Sina in clauſtro ſanctæ Catharinæ, cui obediunt per omnia ut nos domino Papæ, errores Græcoꝝ ſequunt in ſacramentis & alijs, clerici eorum rotundas habent coronas, laici uero quadratas, nobiles eorū mulieres more Amazonum armis in prælijs utuntur, in officijs & ſcripturis lingua Græca utuntur, aliâs Chaldaica.

Georgius Laodiciæ eps Arrianus ab Alexandro ciuitatis Alexandrinæ pontifice damnatus eſt, & ob ſua facinora depoſitus, & conſilium ſanctum decreuit nō eſſe epm, nec communionem cum fidelibus mereri, libro. 4. hiſto. tripar. cap. 23.

Gilbertus cognomento Porritanus Pictauorum epiſcopus, in ſacris literis plurimum exercitatus, ſed ſubliiora ſe ſcrutatus ad inſipientiam ſibi. Siquidem de ſanctę trinitatis unitate & diuinitatis ſimplicitate, non ſimpliciter ſentiens, nec fideliter ſcribens diſcipulis ſuis, panes proponebat abſconditos, furtiuas propinabat aqs, & cum ſuper hoc inualeſceret ſcandalum, uocatus eſt ad mediū & libꝫ tradere iuſſus eſt, & in cōcilio Remēſi co-

ram Eugenio Papa Bernardus biduana diſputatione cō uicit. De hoc in Porritanis.

Gnoitæ & Tritoitæ, à Theodotianis exorti ſunt, & ab ignorantia dei dicti ſunt, quia à peruerſitate à qua ſunt exorti, adijciunt id quod CHRISTI diuinitas ignoret quæ ſunt ſcripta futura de die & hora nouiſſima. nec recordantes Chriſti perſonam neſciam loqui in Iſaia, dies iudicij in corde meo: Hæc Iſido. & .25. diſtinctione qualis, & ſecunda quæſtione primo: Deus omnipotens cum ſit ſapientia patris.

Gnoſtici propter excellentiam ſcientiæ ſuæ, ſe ita appellare uoluerunt, quorum patriarcha fuit Baſilides ſecundum Hieronymum in de uiris illuſtri. Mortuus inquam eſt Baſilides, à quo Gnoſtici in Alexandria, temporibus Adriani. Animam naturam dei eſſe dicunt, qđ reprobatur. 32. quæſtione ſecundo, Moſes: ubi dicitur, contemplentur facturam Adæ, in Adam enim exemplum eſt datum, ut ex eo intelligimus, quia iam formatum corpus accepit animam, nam poterat deus limo terræ admiſcere, & ſic formare corpus. Et bonum & malum deum, ſuis dogmatibus ponunt. contra hoc dicitur de conſe. diſtin. tertia capit. omnes. Pater & filius & ſpirituſſanctus unus eiuſdemq́ ſubſtantiæ inſeparabili æqualitate diuinam inſinuant unitatem. Hi omnibus aliis ſunt uaniores & deturpiores, deniq; cum ab aliis per diuerſas terrarum partes aliter & aliter nuncupentur, nonnulli eos Borboritos uocant, aliqui eos Nicolaitis exortos putant ſecundum Auguſtinum in de hære. & dixerunt ꝙ diuinitas ſit trinitas, & damnantur in ſynodo prima Bracarenſi.

Gordæus, unde Gordini, uel Gorthęus unde gotthæi, unus fuit de ſeptem hæreticis, quos recitat Euſebius libro quarto capit. decimooctauo, quorum tamen unuſquiſque diuerſis corruptionibus fidei ſeorſum ſchiſma componens, propriam ſectam & proprios habuit ſectatores.

Gothi Arriani effecti ſunt, tempore Valentis imperatoris,qui Hiſtrum tranſeuntes,pacem cum Valente fecerunt.. Tunc præſes Eudoxius ſuggeſſit imperatori ut ei Gothi communicarent ,dudum enim diuine, ſancte radijs imbuti apoſtolicis dogmatibus paſcebantur . Communio, inquit, unius dogmatis firmiorem facit pacem, inferens certamen eſſe uerborum non differentiam dogmatum,quamobrem Gothi maiorē patrem filio dicūt, libro.8.hiſto.tri.c.13.

Græci in primitiua eccleſia famoſi & celebres fuerunt in fide, præclaras ciuitates & inſignes eccleſias & doctores per multa tempora ſub eccleſiaſtica obedientia poſſederunt,duræ tamen ceruicis ſemper fuerūt arrogantes, & uſq; hodie ſanctæ Roma.eccleſiæ rebelles,ſacrorū ſuorum conciliorum determinationibus atq; decretis minime obtemperantes,ſummum Ponti.Chriſti uicarium omnesq; nos Latinos tenent excommunicatos,ſacramētū confirmatiōis paruulis ſuis mox poſt baptiſmū cōferunt,per ſimplices ſacerdotes,cōtra eccleſiæ determinationem in fermento cōficiunt,aquā in miſſa uino nō cōmiſcent,ſacramentis noſtris nullā reuerentiam faciunt; purgatoriū negant, & ꝙ ſpirituſſanctus à patre & non à filio procedat, & quod ſancti non uadunt ad paradiſum uſq; ad diem iudicij,q̄d impugnat b.Tho.4.ꝯtra gen. Et aliqui eoꝝ dicunt Suriani,aliqui Neſtoriani &c̄. Hier.2. lib.contra Ioui.Vniuerſus pene error de Chaldæo,& *Syro* & Græco ſermone proceſſerat. Pius Papa in epiſtola ad Mahumetem:Græci à Romanæ eccleſiæ unitate aberrant, cum tu Conſtantinopolim inuaſiſti, neque adhuc de ſpiritufancto , neq; de purgatorio igne cōſona recte fidei conſentientes.

Gronius falſarius & hæreticus,miſerabilis ęmulus Hieronymi, libro anuli nomen inſcripſit, in quo error de impeccantia,& ſub nomine Xiſti martyris urbis Romæ epiſcopi, cum ſit Sexti Pythagorici gentiliſſimi, in quo libro nulla Chriſti,nulla ſpirituſſancti,nulla propheta-

rum, nulla apoſtolorũ fit mentio, ut dicit Hieronymus ſuper.22. Hieremiæ.

Godeſchalcus hæreticus, ut dicit Sigibertus in chronica ſua, à Rabano archiepiſcopo Magũtino rõnabiliter, ut multis uiſum eſt, conuincitur, ſed tamen in ſuo perſeuerat errore, anno.849. Cum enim quis ſtulta obſtinatione ſectæ aut hæreſi adhæſerit errore, quem ſemel concepit ſemper ſectari, nullatenus ceſſat, & hæc eſt conditio hæreticorum.

Girouagi uidentur habitu monachi, ſed ſunt hypocritæ, hæreticalia ſeminantes, ſub nulla regula obedientiæ uiuentes, & hi apud Aegyptios dicti ſunt Sarabaitæ. Et iſtos reprobat Alpharus in de planctu eccleſiæ libro ſecundo:

Gondiſſaluus in Hiſpania in diœceſi Conxenſi, tempore Innocen. ſexti quendam librum hæreticalem dictauit cuius ſcriptor fuit Nicolaus de Calabria, dæmone ei uiſibiliter apparente & docente, hunc librum uirginalẽ uocauerunt, quem librum Nicolaus Emerici Ordin. Prædi. & uicarius epiſcopi Barchinonenſis condemnauerunt, & dictum ſcriptorem iudicialiter combuſſerunt. Vide in Nicolao de Calabria.

Guilhermus, de quo in.2. libro ul'is boni cap.47. quodam noſtro tẽpore in urbe Antuerpieñ Brabantiæ Guilhermus Cornelius nomine, hic in hypocriſi & ſimulatione diutius conuerſatus, præbendæ beneficium quaſi ſub prætextu perfectæ paupertatis dimiſit, & tamen luxuriæ totus erat deditus. Dicebat autem, ſicut rubiginem igne, ſic omne peccatũ paupertate conſumi, & ante dei oculos annullari, meliorem eſſe publicam meretricem pauperẽ; ꝙ ſit aliquis caſtus perfectiſſime continẽs, dum tñ aliqd in ſui retineat ſubſidium. Et propter hoc omnis prorſus religioſus eſſet damnatus. Quod autem dicebat pauperi luxuriam non eſſe pctm̃, maxima erat blaſphemia, quaſi eſſe uellet & iuſtiſſime deus illis quibus præcipit: Non miſereberis in iudicio pauperis. De iſto autem

certiſſima relatiõe didicimus, ꝙ cum defuncto eo atq; in eccleſia beatæ uirginis cum honore ſepulto, quidam die tertia eandem eccleſiam introiſſet, uidit corporalib. oculis ſepulchꝝ dicti Guilhermi uacuum & apertum, manifeſtiſſima ſignificatione præſagiens futuræ damnationis euentum. Nam poſt annos quatuor cognita, reprobata nequiſſimæ hæreſis illius malitia per uenerabilem patrem Nicolaum Cameraceñ epiſcopum cadauer eius de ſepulchro quaſi ſtips inutilis ſecundum Iſai. loquentẽ de Nabuch. proiectum eſt & cõbuſtum.

Guido hæreſiarcha & ſchiſmaticus, facta eius damnantur extra de ſchiſma. cap. primo: Hic ſucceſſit Octauiano iniuſte in cathedra & Paſchalis uocatus fuit, & poſt mortem iſtorum duorum, Alexand. reſtitutus eſt, ut dicit Ber. gloſſator.

Guido de Lacha, in hiſt. Ordinis noſtri legit, quod in epatu Brixieñ erat quidam, q in ſanctitate uidebatur alter Iohannes bapti. & quaſi omnes de illa prouincia currebant ad eum & credebant eum ſanctũ, qui tamen erat hæreticus. Mortuus & honorifice ſepultus. Poſt tempus aliquod inqſitor per teſtes fideles inuenit quod fuit hæreticus, & de conſilio epi & aliorum prudentum ſententiatum eſt, quod eius oſſa cõburerentur. Aſtante igit populo, oſſa eius proiecta ſunt ad ignem, & ſtatim dæmones eleuarunt oſſa de igne, & tenebant oſſa ſuſpenſa in aere, nõ tamen uidebantur dæmones. Populares igitur cœperunt clamare: Moriatur eps cum iſtis fratribus, qui uoluerũt cõburere ſcm̃ dei ex inuidia, ecce quomodo deus nõ uult. Epiſcopus timuit, fratres cõfortauerũt eum, di. Domine nos ſumus hic pro defenſione fidei, præparetis uos ad miſſam, quia oſtendet nobis dñs aliquod miraculũ ne fides periclitetur. Miſſa fuit Sal. ſancta pa. & eleuato corpore Chriſti, dæmones in aere clamauerunt: O Guido de Lacha, nos defendimus te quãtum potuimus, ſed modo non plus poſſumus, quia adeſt maior nobis. Et ſtatim ceciderunt oſſa in ignem & cõbuſta ſunt, & fi-

des glorificata eſt. Hic perpendit dolus diaboli. In iſto caſu dæmones hæreticũ defunctum defendunt, ut plures animas decipiant.

HElladius unus de epiſcopis orientalibus fauentibus Arrio, & uerbum patris negauit, inæqualitatem in trinitate poſuit & alios errores, de quibus primo libro hiſto. tripar.

Helonitæ, iſti ſacramenta legalia ſimul cum euangelio dicebant eſſe ſeruanda, de quibus Tho. 4. contra gen. cap. 57. huiuſmodi error quaſi contraria implicat, dũ ſeruant euãgelicalia ſacramenta, profitẽtur incarnationẽ & alia Chriſti myſteria iam eſſe perfecta: dum uero ſacramenta legalia ſeruant, profitentur eſſe uentura.

Henricus genere Francus et Tholoſanus, hæreticus ſub ueſtimentis ouium lupus rapax, ſed ad domini deſignationem à fructibus eius cognoſcimus illum, ut ſcribit ſanctus Bernardus ad Hildephonſum comitem ſancti Aegidij: Baſilicæ ſine plebibus, plebes ſine ſacerdotibus, & ſine CHRISTO deinde Chriſtiani. Eccleſiæ ſynagogæ reputãtur ſanctuarium dei, ſanctum eſſe negatur, ſacramenta non ſacra cenſentur, dies feſtiui feſtiuis fruſtrantur ſolennijs. Moriuntur homines in peccatis ſuis nõ ſacra communione muniti, paruulis Chriſtianorum Chriſti intercluditur uita, dũ baptiſmi negatur gratia. Ad uocem unius hæretici ſiluerunt in eo omnes propheticæ & apoſtolicæ uoces. Homo apoſtata eſt, qui relicto religionis habitu, nam monachus extitit, ad ſpurcitias carnis & ſeculi, tanquam canis ad ſuum uomitum eſt reuerſus, præ confuſione habitare inter notos non ſuſtinẽs, ob magnitudinem criminis factus gyrouagus & profugus ſuper terram. Et cum mendicare cœpiſſet, poſuit in ſumptu euangelium, euangelizabat ut manducaret, turpis luſor nocte cum meretricibus, inuentus eſt prædicator inſignis. De Lauſana exiuit, de Cenomannis, de Pictaui & Burdegali expulſus, nec patet ei uſpiam reuerſionis aditus.

Hezelinus, de quo frater Tho. Brabantinus.2.li.de bono utili ca.3. Tempore quo terra Albigéſium purgari debuit ab hæreſibus, crux ſepties prædicata fuit contra diuerſos. Septimo autem contra Hezelinum nobilem Italiæ, & eius complices, qui condemnatus & publicus hæreticus, fidem catholicam grauiter inſectatus eſt.

Hermas princeps Meſſalaniorum & eorum errores ibi reperies, & ab hoc Herma uel Hermia deriuati ſunt Hermiani. Iſtis Litarius præſul Melitienſis eccleſiæ, & Amphilochius famoſiſſimus Licitomenſis antiſtes, uiriliter reſtiterunt, oues Chriſti de medio luporum eripientes. Ex.7. li.hiſt.tri.c.11.

Hermogeniani, ab Hermogene uocati, qui materiam non naturam introducens, deo non naturæ eam comparauit. Matremq́; elementorũ deam aſſeruit, quos Apoſtolus improbat ad Gal'.4. elemẽtis ſeruientes, ut dicit Iſid. & notatur C.de hære.& Aug' in li.de hære. Hermogeniani fuerunt in Africa, idem ſentientes cũ Patrepaſſianis, & abiecti fuerunt ab eccleſia catholica. Contra hæreſim Hermogenis Theophilus.VI. Antiochenus epſ ſcripſit librum unum, ut dicit Hieron.de uiris illuſt. Et.2.Timo.1. Scis ꝙ auerſi ſunt à me omnes qui in Aſia ſunt, ex quibus eſt Philetus & Hermogenes. Et in eodẽ loco dicit b.Thomas ꝙ hi duo conuerſi ſunt per ſanctum Iacobum.

Heracleonitæ uel Heraclitæ ab Heracleone. Duo aſſerunt principia, unũ ex altero, & ex his duobus alia plurima. Feruntur aũt ſuos morientes nouo modo, quaſi redimere per oleum, balſamũ & aquam, & inuocatiões quas Hebraicis uerbis dicunt ſuper capita eorum, ſm Aug. de hære. quorum autor ibidẽ nuncupatur Herarcha. Vel dicuntur Heraclitæ, quorum autor fuit Heraclius: hi reſurrectionem carnis negant, & quod ſacramẽtum extremæ unctionis nõ ſit à deo inſtitutũ, monachos & monachas & coniugia non habentes, in cõmunionem recipiſit, cõtra illud Act. In omni gente quæ facit iuſtitiã. Ad regnũ cælorum non pertinere paruulos dicunt, quia non ſunt

eis merita ulla certaminis,quo uitia ſuperenť,qđ damna tur extra de bap.c.maiores.

Hermannus Ryſſuick anno.1052.ad perpetuum carcerem fuit condemnatus per F.Iohãnem Ommaten,ſacræ theologiæ ꝓfeſſorem ordi.prædic.& inquiſitorē. Et iſti ſunt art.hęreticales eiuſdem principaliores, propť quos iam pœnitens perpetuo carceri adiudicatus fuit.Primus ꝙ mundus fuit ab æterno, & nõ incepit per creationem fabricatam à ſtulto Moyſe,ut dicit biblia indiſtincta.Secũdus,deus nunꝙ̃ creauit angelos ſiue bonos ſiue malos, quia hoc nullibi legitur in noſtra ſcriptura. nec eſt infernus,ut noſtri æſtimant. Item poſt hanc uitam nulla erit uita particularis, ut mortuo Socrate, moriť anima eius, ſicut cum corpore incepit. Item doctiſſimus Ariſtoteľ. & eius cõmentator Auerrois,fuerunt ueritati propinquiſſimi.Item Chriſtus fuit ſtultus & ſimplex phantaſticus, & ſeductor ſimplicium hominum.Et ego dico ꝙ ille Chriſtus damnauit uniuerſum mũdum & neminem ſaluauit. Quot enim homines interfecti ſunt propter ipſum & ſuum euangelium fatuum.Item quod omnia quæ Chriſtus geſſit humano generi & rationi rectæ ſunt contraria. Item Chriſtũ filium dei omnipotentiſſimi aperte nego. Et Moſen legẽ à deo uiſibiliter & facialiter ſuſcepiſſe recuſo.Item fides noſtra fabuloſa eſt, ut ꝓbat noſtra fatua ſcriptura & ficta biblia,& euãgelium delyrum.Item euãgelium noſtrum falſum eſt, quia qui poteſt creare mundum ſine incarnatione, & eum potuit ſaluare ſine incarnatione. Oẽs iſtos articulos & conſimiles confeſſus eſt proprio ore,& ſana mẽte coram inquiſitore & notario, & teſtibus,addens: Ego Chriſtianus natus, ſed iã nõ ſum Chriſtianus,quia illi ſtultiſſimi ſunt.Idem Hermãnus anno.1512.poſtꝙ̃ euaſerat carceres priores, multos lib. hæreticales cõſcripſit,q̃s in iudicio conſtitutus corã duobus cauſæ notarijs,& toto auditorio ſuos & manu ſua cõſcriptos cognouit.In libris iſtis compertæ fuere multæ hæreſes,propter quas poſt maturas deliberationes de ſuper

habitas, iudicio doctiſſimoꝝ uiroꝝ inuēt⁹ fuit relapſus, & tādem pro tali condēnatus per F. Iacobū de Hochſtraten ſacræ theol. doctorem & inquiſitorem ordi. præd. & dn̄m Iacobum Ruyſſch utriuſq; iuris doct. & decanū Hagenſem, à reuerendiſſ. dn̄o ep̄o Traiectē. in cauſa illa iudicem delegatum. Hi ſua diffinitiua ſententia reliquerūt præfatum Hermannū magnificis iudicibus de ſolēniſſima illa altiori curia Hollandiæ & Selandię, illic conſiſtorialiter p̄ntib. Qui ex quo de toto ꝓceſſu inqſitoris &c. ſummariā (ꝙ curia illa in ſimilib⁹ tenaciſſime obſeruat) & ſufficientē acceperant cognitionē, maturo habito cōcilio ſua executoriali ſententia iudicarūt eundē Hermā. ante ſolis occaſum in cineres reſoluēdum: Non ſolū ipſe cōbuſtus eſt, ſed & libri eius cum eo. Ioſue. 7. dicit: Cūcta quæ illius erant, igne conſumpta ſunt. Et glo. Leui. 10. in principio: Hæretici, qui alienū ignē. ſ. prauę doctrinæ in eccleſia accendunt, igne diuinæ ultionis abſumunt.

Hermannus Italus, autor fuit hæreſis Fratricelloꝝ, cuius corpus apud Ferrariā ſepultū iam. 20. annis, & qui ꝓ ſancto colebat, exhumari & exuri fecit Bonifa. viij. habita de hmōi diligenti inquiſitione. Nec tn̄ propter hoc hęreſis ipſa exterminari potuit, & ob id hominis illius ſectæ dicebāt Bonifaciū nec quenq̄ illius ſucceſſorē, & præſertim Iohan. XXII. iure & ordine creatum eſſe pontificem. Vnde & clā conuēticulis initis, ſummis pontificibus aduerſari cœperūt, quanq̄ magis luxurię & libidinis blādimenta ſequi uiderent, q̄ iuris pontificij quatere fundamēta. Hic nota ꝙ Aug⁹ diuerſas ep̄las ſcripſit, ꝙ optet hęreticos etiā poſt mortem anathematizare, talē em̄ eccleſiaſticā traditionem alij ep̄i ſeruauerūt, ſed & Ro. ſancta eccleſia quoſdā ep̄os poſt mortē anathematizauit, licet in uita ſua accuſati non eſſent. Sic factum eſt de hoc Herman, & de hoc. 24. q. 2. ſanè profert.

Hermophilus, de quo ſic dicit Euſe. lib. 5. c. 29. Hermophili exemplaria nō conueniunt cū Apollonicis, ſed ne ipſa quidē ſibijpſis concordāt, ſi priora cū poſterioribus

conferas, ſemper enim emendant quibus ſemper diſplicent,quod emendant,ſed noua quædam perquirũt,cum eis quæ in uſu ſunt, uidebanť aduerſa,quid aũt temeritatis habeat iſtud admiſſum arbitror ignorare: aut eñ nõ credunt diuino ſpũ ſcriptas eſſe ſcripturas,& ſunt infideles: aut ſemetipſos arbitranť ſapientiores eſſe ſpũſancto, & quid aliud indicãt per hoc,niſi quia à dæmone agunť?

Hiricius,hic ſancta euangelia falſificauit,& illa euangelia quæ ipſe confinxit, iudicata ſunt cauenda. diſt.15. ſancta Romana.

Hymenæus,hic fuit apoſtata,repellens à ſe fidẽ,& circa fidẽ naufragauit,factus hæreticus & alios ſeduxit.Vulpes eñ magnam caudam habent, & hæretici multos trahunt ſecum in perditionem,& hunc Hymenæum Apl'us tradidit ſatanæ. 1.ad Timot.1.& eius hæreſis poniť.2. ad Timo. 2. quia à ueritate fidei decidit, dicens reſurrectionem iam factam eſſe, & ſic negat futuram reſur. De hoc Tho.4.contra gen.c.79. & dicit Polycarpus ad Phil'. qui dixerit neq; reſurrectionem,neq; iudicium eſſe, hic primogenitus ſatanę eſt. Eſitius Leuit.10.Paulus Hymenęũ punit & Alexandrum,aliena docẽtes,ne exẽplo ſuo alijs pbeant cãm mortis.Apoſtatare neq̃ eſt,mortale eſt,merito ergo arguẽdi ſunt hæretici, qui relictis q̃ ab apl'is audierunt,noua inducebant,& per hoc fraternę charitatis fœdera diſſipabant.Cyrillus Alexandrinus lib.11.in euãgelium Iohãnis:Reuelat pater ſanctis filium ſuum, Qui cum ueritas ſit, nõ dimittit ſatanam ad adulterinum ſenſum fidelium mentem impellere,cui diuerſis temporib. Hymenæus & Alexander adhęrentes,naufragio fidei ueritatis doctrinam perdiderunt.

Hieronymus de Praga hæreſiarcha, de quo in de origi.Bohem.c.18.hic & Io.Huſs fuerunt uocati ad concilium Conſtantieñ.Sigiſmundo imperatore ſuadẽte.Hi fuerũt cæteris regni Bohemiæ doctiores, & hęreſum principes habebantur.Iohannes ætate maior habitus,doctrina ac facundia ſuperior Hieronymus,Rogati à patribus

concilij fuerunt, ne plus ſapere quàm eccleſia uellēt, ſed ſaperēt ad ſobrietatem, peregrinas opiniones relinquerent, ingenia ſua quæ erant nobiliſſima, Vuicleſitarum inſania ne fœdarēt, & ut inuentiones ſuas uſi concilio ſubmitterent. Steterunt in propoſito pertinaces Bohemorum animi, neq; uicti rationibus uinci uoluerunt, ſe ueraces ſancti euangelij æmulatores, Chriſti diſcipulos eſſe, Ro. eccleſiam cæteraſq; per orbem diſperſas, longe à traditionibus apoſtolorum abijſſe. Primores magni ſynodi, ubi pertinaciā & immutabiles animos perditorum hoim aīaduerterent, membra eccleſię putrida, quæ ſanari nō poterāt, ne reliquū corpus inficerent, reſecāda cenſuerūt. Lata in conſeſſu patrum aduerſus contumaces ſententia cremandos eſſe, qui doctrinam eccleſiæ reſpuerent. Prior igit Io hānes combuſtus eſt, Hieronymus diu poſtea in uinculis habit9: cum reſipiſcere nollet, pari ſupplicio affectus, ſub Sigiſmundo imperatore anno. 1416.

Hirena imperatrix puerſa & peſſima hæretica, uxor Leonis imperatoris quarti, quā Conſtātinus. VI. filius ei9 amouit à regno, ut ſuis negotijs fœmineis intēderet. Ipſa eṁ ad tpſ cū filio regnauit. Amota à regimine, odio in filium cōcepto, filium & filios filij excoculauit. Hinc Græci eam carceri monachali manciparunt.

Honoricus quintus Vuandalorum rex Zenonis principis tēporibus regnauit, qui perfidia Arrianorum deprauatus, trecentos ēpos cepit, & eorum eccleſiis clauſis, in Sardinia exulare coegit. Hæretici olim perſuaſerunt principib. ut catholicæ eccleſiæ defenſores in exiliū pellerent, ut deſolatam plebem facilius ſeducerent.

Huſſitę, à Io. Huſſs appellati ſunt, ſub Vuenceſlao rege Bohemiæ. Sic eorum inſania ortum habuit, ut ſcribit Pius II. in de ori. Bohem. c. 37. Quidā nobilis Bohemus ex domo quam putridi piſcis uocant, apud Oxoniam Angliæ ciuitatem, libros Io. Vuicleff inuenit, & ſecum tanquam theſaurum patrię ſuę intulit, & hoc uirus fœtidum tanq̄ putridū piſcem in ſuos ciues euomuit, & poſt receſſum Teu

tonicorum de Praga ad Lipſig, Iohannes Huſs de libris Io. Vuicleff multa attulit in medium, aſſerens in eis omnem ueritatem contineri. Et ſic ad eū traxit multos, qui cœperunt latrare in ſacerdotes, & ab eccleſia catholica receſſerunt, & impiam Vualdenſium ſectā atq; inſaniam amplexi ſunt. Huius peſtiferæ factionis iampridē damnata dogmata ſunt. Romanum præſulem reliquis epis parē eſſe, in ſacerdotes nullū diſcrimen: presbyterorum non dignitatē ſed uitæ meritum efficere potiorem. Purgatorium ignē nullibi inueniri. Mendicantiū religiones malos dæmones inueniſſe. Itē quod Paulus nunq̃ fuit membrū diaboli, licet fecerit quoſdam actus actibus eccleſiæ malignantium ſimiles. Itē duæ naturę diuinitas & humanitas ſunt unus Chriſtus. Itē quod condēnatio. 45. art. Io. Vuicleff p doctores facta, eſt irrōnabilis & iniqua. Et ſummarie Iohānes de Turrecre. in fi. 4. li. ſummę de eccleſia ponit. 30. articulos Io. Huſs, qui fuerunt condēnati in concilio Cōſtantieñ. quęre aliqs infra in Vualdenſib. Et ab iſto Io. infecti ſunt penè oēs Bohemi, & qualiter ſit combuſtus, dictū eſt in Hieron. de Praga. Et Andreas de Broda doctor Prageñ. tpe conciliη Conſtantieñ ſcripſit contra .4. arti. Huſſitarum, q̃s practicauerūt Io. Huſs & Hier. in Bohemia. Itē fecit tractatū de uenerabili ſacram̄. corporis Chriſti, ubi probat qđ non liceat pplm laicalē cōicare ſub utraq; ſpecie, & ſoluit motiua Huſſitarum.

IBa hæreticus, cuius epiſtola damnat in quinta ſynodo Conſtātinopol. quam ſcripſit ad Marim Perſam, quæ denegat dñi uerbum de ſancta genitrice ſemp uirgine incarnatum hominem factum: dicit autem purū hominem ex ea natum eſſe, quem templum uocat tanq̃ alio exiſtente deo uerbo & alio homine. Sanctum Cyrillum reprehēdit, & hæreticum uocat, & uituperat Epheſinam ſanctam primam ſynodum, tanq̃ ſine iudicio & requiſitione Neſtorium deponentem.

Iacobellus, ex Miſna expulſus, ad Bohemiam aſylum hęreticorum fugiens, quia Vualdenſi lepra infectus fuit:

Hic cum Io.euang.legiſſet,quia dominicũ corpus ſub du plici ſpecie,panis uiniq́ȝ ſumebat,publice pp̄l'm commonere cœpit,ne deinceps communionem calicis negligerent.Cõſenſerunt hæretici omnes.Remedia inquirũt Io hannes.23.papa plenam remiſſionem peccatoꝝ indulſit his,qui ad tuendam eccleſiam arma induerent.Recitaba tur in eccleſia Prageñ. decretum pont. Quod cum quidã ſordidæ artis audiſſent, Iohannem papam antichriſtum eſſe magna uoce clamauerunt,qui crucẽ contra Chriſtianos decerneret.Et miꝝ eſt,ꝙ aliqui uolẽtes literati æſtimari,ſequentes hæreſes Iacobelli, ubi non eſt doctrina, non fama doctoris,nec uitæ ſanctitas,non miraculũ, dimittũt Aug.Ambro.& totã eccleſiam Chriſti,cum omnibus uniuerſitatibus & doctoribus.

Iacobitæ ſiue Iacobini, à quodã magiſtro ſuo Iacobo, cuiuſdam Alexãdrini patriarchæ quondam diſcipulo appellati,& ab eodem uarijs infecti erroribus & ſeducti.Hi ante multos annos à Dioſcoro quondam Cõſtantinopo. patriarcha fuerunt excõicati,& ab eccleſia Græcoꝝ,quę tunc obediuit Ro.eccl'iæ,ſequeſtrati.Hi ſe dicũt eſſe Chriſtianos,à b.Mat.apl'o ad fidem primitus cõuerſos,ſed inimico ſupſeminãte zizania ſua in medio tritici,in hæreſim ſunt prolapſi,paruulos ſuos circuncidunt per aduſtiõnem in fronte uel in genis, putant expiari à pc̃tõ originali,occaſione illius Iohãnis quod de Chriſto dicebat: Ipſe uos baptizabit in ſpirituſancto & igne. Exponẽtes hoc ſolum ad literam.Vnam tm̃ in Chriſto naturam tenent.Paruulos adhuc ad hubera pendẽtes,ſub utraq́ȝ ſpecie cõicant ſicut & Græci,& ſpẽale habent idioma. Itẽ hi nõ credunt ſanctã trinitatem,ſed unitatẽ, in cuius ſignũ ante ſe faciunt ſignum crucis cum uno digito: & horum presbyteri,diaconi.ſubdiaconi ſtãt ſimul in altari,& ſ'm ritum eorũ ſimul recipiunt cõionem: & hoc ideo faciũt, quia tres reges ſimul dño in p̃ſepio munera obtulerũt.

Iacobus Prępoſiti Luterianus,qui primo ſolennẽ fecit ręuocationem in maiori eccleſia Bruxellenſi coram ma-

xima hominum multitudine, ſacra Imperiali M. illic reſidente cũ ſua curia, in hũc modũ: Ego frater Iacobus Præpoſiti, religioſus ordinis heremitarũ S. Aug. anathematizo oẽm hæreſim, & præcipue eã de qua diffamatus ſum, quam F. Martinus Luter in ſuis lib. & ad pplm ſermonib. his temporibus docuit & tenuit: propter quã à ſede aplica tanq̃ hæreticus cum ſua doctrina damnatus eſt, maxĩe quo ad arti. in literis aplicis expreſſos. Conſentio etiã de Ro. eccleſia in oĩbus quæ ad Chriſtianam religionẽ ſpectant, & confiteor quæcũq; ſedes aplica confitet. Inſuper ſentio & teneo præfatũ Martinũ cũ ſua doctrina rite & legitime à dicta ſede condemnatũ, eius libros, tractatus, uel ſermones, tam editos q̃ edendos recte uetitos legi, ul teneri, ac incendio tradi mãdatos. Specialiter aũt reprobo quoſdam articulos, quorum aliquos publice prædicaui, alios priuatim & fallaciter expreſſi, cæteros apud me ſenſi iuxta formam quæ ſequitur: Tantum tria eccleſiæ ſacramẽta. ſ. baptiſma, pœnitẽtia, & euchariſtia, expreſſa in ſcriptura ſacra ſunt diuinit⁹ inſtituta: reliqua aũt quatuor humanitus per eccleſiam. Non eſt indulgentijs cõfidendũ. Papa indulgentias dare non poteſt. Indulgẽtiæ non ſunt efficaces. Nulla merita ſanctorum applicari poſſunt. Omnia opera ſanctorum peccata ſunt, & egent miſericordia ignoſcente & remittẽte. Nullus eſt ecclæ theſaurus præter Chriſti merita, quæ dũtaxat per ipm Chriſtũ unicuiq; ſm ſuã fidẽ applicant. Luter⁹ cũ ſua doctrina nõ eſt legitime per ſedẽ aplicam condẽnatus. Liberũ arbitrium actuũ ſuorum interiorũ non eſt cã effectiua, ſed duntaxat receptiua, & ut dũtaxat ſe habeat ad ea paſſiue. Omne opus liberi arb. quantũcunq; bonum, peccatum eſt, egens dei miſericordia ignoſcẽte & remittente. Quicquid agit hõ ante iuſtificantẽ gratiã, pctm. Vnica refectio, & à certis cibarijs abſtinentia, tẽpore ieiunij, irrationabiliter præcipiuntur, & contra ſcripturã. Chriſtiani ſunt liberi ab huiuſmodi ieiuniorum obſeruantia, nec ipſa facit ad obſeruantiam legis dei. Dubi-

um eſt an homo ſe uoto obligare poſſit ad ſupradictum ieiunium. Papa uel eccleſia non uult nec poteſt ſubditos ſub pœna peccati mortalis obligare, ad hunc ſenſum, q̃d homo tranſgrediens præceptum hominis, peccet mortaliter. Superiores non tenentur ſubditos obligare ſub pœna peccati mortalis. Subditus ſui ſuperioris præceptũ tranſgrediens ex ignorantia ſupina uel paſſione, ſecluſo ſcandalo, non peccat. Papa de iure diuino nõ eſt caput eccleſiæ. Petrus ſolo iure humano factus eſt primus & ſupremus inter apoſtolos. Et idem cenſendum eſt de quolibet Petri ſucceſſore. In omni foro tam exteriori q̃ interiori omnes epĩ ſunt æquales.

Concilium rite congregatum præciſe tantum decidere poteſt quantum ſacra ſcriptura expreſſe continet. Cõcupiſcentia quæ in baptizato relinquitur, eſt peccatum proprie dictum, contra hoc: Non concupiſces. Caro tali concupiſcentia infecta ad omne opus liberi arbitrij concurrit, unde quodlibet opus humanum peccatum efficitur. Idem cenſendum eſt de martyrio Petri & alioꝝ ſanctorum operibus.

Omnes laici ſunt ſacerdotes. Qui manet in pctõ mortali, non manet in baptiſmo, ſacerdotio, epiſcopatu, uꝰ papatu. Diſplicentia de peccatis admiſſis, non eſt uia ad gratiam iuſtificãtem, ſed ecõtra, gratia eſt uia ad ipſam diſplicentiam. Dolor de uno peccato ſine dolore omnium, eſt peccatum. Omnes igitur & ſingulos ſupra dictos articu. reprobo & reuoco & condemno, quorum quidẽ articulorum aliqui ſunt notorie hæretici, & à ſanctis patribus reprobati, quidam uero ſcandaloſi, alij uero piaꝝ aurium & ſimplicium mentium ſeductiui. Et omnes ueræ unitati catholicæ obuiantes. Profiteor aũt hęc omnia pure & ſine conditione, ex animo ſyncero, plene & de ueritate inſtructus, & iuro per ſanctam trinitatem. Hic Iacobus poſtea relapſus fuit, fratres quoq; illius conuentus uinculis & cuſtodijs ſunt mãcipati. Cõuẽtus q̃q; corũ Antuerpieñ. ex mãdato Adriani ſexti funditꝰ ẽ deletus.

Iacobus Iuſti, erat principalis inter Begardos, qui in Valentia erant, qui dogmatizauerunt hæreſes Begardorum, addentes quod condemnati religioſi & laici pro dictis hæreſibus tam per dominum Clementem in curia, quam per inquiſitores in alijs partibus erant beati & in cælis martyres Chriſti, & tandem hæreſes eorum fuerunt Valentiæ damnatæ per F. Nico. Roſelli inquiſitorē, & poſtea Cardinalem ordi. noſtri, & per epm Hugonem de Souelleto. Et tres iā mortui. ſ. Guilhelmus Giliberti, & Bartholomęus Fuſti, & quidam alius fuerunt excōmunicati, & ut impœnitentes condemnati, & Iacobus Iuſti extitit immuratus, & ibi mortuus.

Iacobus Syrus, & alij Syrorum in hoc errauerūt, ſicut dicitur in li. de eccl. dogm. quod eſſe duas animas in uno homine ſcribūt, unam animalem, qua animat corpus, & immixta ſit ſanguini, & alteram ſpiritualem, quæ rationi miniſtret. Sed nos dicimus unam & cādem eſſe animā in homine, quæ & corpus ſua ſocietate uiuificat, & quæ ſeipām ſua ratione diſponit.

Idroparaſtæ, hi cū ſuis complicibus ad nequitiam Manichæi peruenerunt, de quibus. C. de hære.

Iohannes eps Hieroſolymitanus ſuſpectus erat, quod Origenis & Arrianorum dogmatibus eſſet infectus, & ſic S. Hieronymus ab eius cōmunione ſe abſtinebat. Sed cōgregato concilio apud Antiochiam, efflagitatus eſt ut ſe purgaret de infamia hæreſeos, ſtultum enim eſt fruſtrā infamiam ſuſtinere. Sed ipſe magis auxit ſuſpicionē malæ conſciētiæ. Hunc Hieronymus in epla contra errores eiuſdem Io. prouocat, ut aut aperte hæreſim profiteatur aut Chriſtianiſmum. Hic faſtidioſus antiſtes tanquam ſolus ſapiens, & ſolus nobilis, conſeruos ſuos, laicos, diaconos, & presbyteros redemptos ſanguine Chriſti, rugata fronte, & obliquis oculis contempſit. Et idem ad eundē: Habes papā Epiphanium, qui te à parte miſſis literis hæreticum uocat, & accuſauit te quod Arrianus eſſes, & hoc per totam epiſtolam queritur, quod Origenis dogmatū

ſequaris errores, & quoſdã habeas huius hęreſeos ſocios.

Iohannes alius, de quo in. 10. libro Vuandaliæ cã. 37. ſic habetur: Praga infelix domicilium hæreticorum, in ſe uerſis manibus cruentiſſimo bello laborarũt in urbe ueteri, pro magna tamen parte habitauere Teutonici, uiri fideles & catholici, qui magnis ſunt odijs hæreticos nouæ ciuitatis inſectari. Frater quidam ordinis Heremitarũ Auguſtinenſium, feruebat noua hæreſi, declamator ad populum eximius, qui libera uoce in urbe etiam ueteri auſus eſt hęreſim ſuam diſſeminare. Non paſſi conſulares improbiſſimum hominem capiũt, & cum quibuſdam ſectatoribus ſuis in tenebras condũt, nunq̃ rediturum. Impij nanq; hæretici in tenebris conticeſcent ab arroganti eorum & ueſana prędicatione. Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarum, Sapieñ. 18.

Iohannes de Struma ſchiſmaticus, qui Guidoni Cremenſi ſucceſſit in cathedra uocatus Calixtus, quem Alexander tertius cum alijs excommunicauit, & mala morte perijt, ut dicit Iohannes And. extra de ſchiſm. Huic Iohanni ſucceſſit Lando cardinalis, qui innominatus fuit, & excommunicatus ab Alexandro, & etiam male obijt & dicta decretalis de duobus ſolum mentionem facit.

Iohannes de Iamduno, fuit eiuſdem ſectæ cum Marſilio de Padua, & eorum errores damnanť in extraua. Io. XXII. quæ incipit: Licet intra doctrinam apoſtoli. Error primus, quod id quod legitur in Matt. euangelio de ſtatere ex ore piſcis ſumpto &c̃. quod hoc Chriſtus non fecit ex liberalitate, ſed coactus neceſſitate. Secundus, ꝙ apoſtolus Petrus non plus fuit caput eccleſiæ, quàm quilibet apoſtolorum aliorum &c̃. quære in Marſilio.

Iohannes de Ziſcha hæreticorum Huſſitarum capitaneus, hic fuit nobilis genere, parũper in curia regis à pueritia nutritus, uno carens oculo, quem pugnans amiſit. Sic cæcorum exercitus, cæcum ſequitur ducem. Et Bohemi ſemper Ziſcha ductore, redeunt uictores, angelum de cælo miſſum in homine loqui arbitrãtur, diu præfuit

ordinibus bellorum. Infectus Huſſitarum ueneno, rapinarum auidus, in eccleſia dei ſæuit, imagines crucifixi ꝑfregit, Carthuſieñ. apud Pragam fugauit, & eorum monaſterium deſtruxit. Peſte tactus expirauit. Ferunt illum cum ægrotaret interroganti ubi ſepeliri uellet, iuſſiſſe cadaueri ſuo pellem adimi, carnes uolucribus ac feris obiectari, ex pelle tympanum fieri, eoq; duce belligerari, arrepturosq; fugam hoſtes quàmprimum eius tympani ſonitum audierint. Hi qui ſub duce Ziſcha luſco militabant, inſigne calicis in uexillo portabant, nam hìc error eos tenebat, ut contenderent in utraq; ſpecie communicandum.

Iohannes Huſſs, quære ſuprà in Huſſitis & in Bohemis, & in Hieronymo de Praga.

Iohannes Vuicleff, quære in Vuicleffitis. Hic Iohānes Anglicus fuit, cuius peſtifero dogmate coaluit omnis error Bohemorum pernicioſiſſimus. Iſte hæreticus fautor regis Anglorum Eduardi, tutus euaſit dum uiueret incendium. Mortuus autē cum regnaret Richardus, extimulatur & condemnatis erroribus, iam tunc concrematur.

Iohannes Antiochenus Arrianus, huius auxilio fultus Mahometus, Alcoranum compoſuit, in quo leges ſuas tradidit Saracenis, falſa quibuſdam ueris immiſcēdo, aſſerensq; Chriſtum ad cælos eleuatum, ſed nō occiſum, contra quod dicit Polycarpus ad Philip. Qui non confitetur myſterium crucis, ex diabolo eſt.

Iohannes philoſophus, qui tranſtulit libros Dionyſii, & eius liber quem fecit de euchariſtia, damnatus eſt in cōcilio Vercellenſium: & Alber. ſuper illud Matthæi decimo: Confiteor tibi & cætera: Iohannes Scotus qui multa protulit & cætera. ibi notant eum, & non eſt Scotus ordinis Minoꝝ.

Iohannes de Poliaco, magiſter Parrhiſienſis, uarios

errores ſeminauit circa audientiam cōfeſſionum.qui dāmnantur per Io. XXII. in extraua. Vas electionis. Primus ꝙ confeſſi fratribus habentibus licentiam generalē audiendi confeſſionem,tenentur eadem peccata quæ cōfeſſi fuerunt,iterū confiteri proprio ſacerdoti.Secundus ꝙ ſtante ſtatuto omnis utriuſq; Ro.pontifex non poteſt facere quod parochiani non teneant omnia peccata in anno proprio ſacerdoti confiteri, imò nec deus poſſit facere,quia ut dixit,implicat contradictionem. Tertius ꝙ papa non poteſt dare gñalem ptātem audiendi confeſſionem,imò nec deus,ſed confeſſus habenti gñalem licentiam,tenet confiteri proprio ſacerdoti, quē uocat parochialem curatum.Iſti art.ſunt falſi,erronei, & à ſana doctrina deuij,& autoritate apoſtolica damnati.

Iohannes Roatius hæreticus peſſimus,ut ſcribit Aeneas Syluius,nobili loco natus,ingenio malo,mente peſſima, non longe à montibus Cuthnis intra ſyluas caſtellum ædificauit, uocauitq; montem Sion, aſſerens ex eo loco ueritatem aliquando exituram, quæ gentem Bohemicam libertati donet. Vicinis infeſtus prædas agitat inſtantibus nonnullis Baronibus,quibus pax noxia,bellum ſalubre uidebat. Itinera quæq; inſecura infeſta reddit.Sigiſmundus imperator caſtrum eius obſideri iubet. Capitur caſtrum & ipſe Roatius cum latronibus in uinculis ducti omnes Pragam, ſuſpendio uitam finiere furcarum,quibus damnati pœnas dederunt, triplex durior fuit & ſublimior Roatius pependit: quære infrà in Medio hæretico.

Iohannes alius,de quo ſic dicit Aeneas Syluius in de orig.Bohe.Per idem fermè tempus ſurrexit & alius pſeudoſacerdos apud Pragam Iohannes quidam ex ordine Præmonſtratenſium,impius monachus,& ad omne ſcelus audax. Qui cum prædicaret ad ſanctum Stephanum in Piſcina,neque bene ſapere uideret,inde amotus, monaſterium Carmelitarum inuaſit,& cum hæretici inſultū facerent cōtra cōſules ciuitatis, & ſeptem ex eis ex al-

tiſſimis feneſtris in forum præcipitati eſſent, dirum ſpe-ctaculum præbuere, ſtante in foro Io. monacho, & ſacrū Chriſti corpus ſanguinario populo oſtentāte.

Iohannes de Rockſeſana, de quo ſic dicit Aeneas Syl. Oppidum Pragenſis eccleſiæ cui Rockſeſana eſt nomen, ex hoc loco puer obſcuris parētibus, cenſuq; tenuiſſimo natus Iohannes nomine, Pragam uenit, mendicatuq; ui-ctum quęrens, grammaticam & dialecticam didicit, auditor Iacobelli fuit, presbyter ordinatus, uerbum dei prædicare Pragenſibus cœpit, & pſeudo eorum apoſtolus factus eſt, in concilio Baſilieñ. inter alia deteſtabatur imagines in eccleſiis, & ꝙ laici ſub utraq; ſpecie communicare debent. Contra quem diſputauit Iohānes de Raguſio patriarcha ordi. prædica. Addidit ꝙ eccleſia ſolum eſt ex prædeſtinatis, & in gratia exiſtentibus: & quod mali nō ſunt de eccleſia, & in iſta pertinacia, in ſaluo cōductu, receſſit à concilio cum aliis Bohemis, & mente ſuperba, & opinione ſua inflatus, dietim peior & uenenoſior effe-ctus, & monachos dæmones nouos uocabat, & quod his ſtudium eſt nos eiicere à ueritate. Et Iohan. de Capiſtrano ordi. Miñ. ſcripſit epiſtolas ad Iohannem iſtum Huſſitarum defenſorem in Praga tyrannizantem.

Iohannes de Vueſalia ſuperiore, doctor theologiæ, prædicans ſecularis in diuerſis locis, Bohemis communicans, condemnatus fuit, & eius libri combuſti fuerunt Maguntiæ ſub Frederico imperatore tertio, per patrem Gerardum de Elthen inquiſitorem, & patrem Iacobum Sprenger, doctores ſacræ paginæ, ordinis prædicatorū, conuentus Colonienſis, & per alios deputatos propter iſtos errores, quos proprio ore confeſſus eſt in iudicio.

Primus error, quod ſpirituſſanctus procedit à filio, nō habet expreſſe in ſacra ſcriptura. *Secundus*, quod Chriſti eccleſia poteſt errare, & errauit, nec tanta eſt autoritas eius ut errare non poſſit. Tertius, quod hic uerſiculus in ſymbolo Athanaſii, ſicut anima rationalis & caro & cætera, falſus eſt. Quartus, quod concilia generalia

non ſunt in ſpiritu ſancto congregata. Quintus, quod omnes homines tenentur non obedire ſanctionibus cōciliorum. Sextus, quod pontifex Romanus papa ſcilicet legitime inſtitutus, non ſit uicarius Chriſti. Septimus, quod apoſtoli & eorum ſucceſſores prȩlati eccleſiæ non habent à Chriſto autoritatem condēdi canones ſeu leges. Nonus, quod non licet prælatis in tēpore nouæ legis conſilia poſt Ieſum data ſtatuere pro præceptis, ut faciant iugum Chriſti amarum, & onus euāgelij graue: & ita damnat quaſcunque religiones & regulas per ſanctos patres inſtitutas, & à ſede apoſtolica approbatas. Decimus, quod omnes presbyteri & epiſcopi ſunt pares, & quod potentia diuitiarum & paupertatis, humilitas, uel inferiorem uel ſublimiorem epiſcopum facit. Vndecimus, quod unus epiſcopus ſit ſuper alios, & papa ſuper omnes, factum eſt, non in Chriſto, ſed hominum electione. Item quod nulli Chriſtiani, quātumcunq; docti, habuerūt autoritatē exponendi uerba Chriſti, nec etiā tota eccleſia. Item confeſſus eſt nullum eſſe pctm̄ originale, & quod paruuli recenter nati, aut etiā concepti, non contrahunt originale, nec credendū eſt Aug. hoc aſſerēti. Itē ꝙ nulla eſt rōnabilis cā motiua ad inſtituendū legē continentiæ clericoꝶ. Itē ꝙ Chriſtus nullū inſtituit ieiunium quadrageſimale, nec ieiunio ſuo. 40. dieꝶ dedit exemplum ieiunandi: & ꝙ hō non tenet famē ſuſtinere in ieiunio, quia abbreuiaret uitā ſuam. Aqua bñdicta nullam habet aliam uirtutem uel efficaciā, ꝗ aqua non bñdicta. In tract. ſuo de indul. eccleſiæ ſcripſit, ꝙ theſaurus meritoꝶ ſanctoꝶ nō poſſit per papam diſtribui, nec etiā pēſatio pœnaꝶ pro peccatis debitaꝶ poſſet fieri per pœnas Chriſti: & ꝙ indulgentiæ ſint piæ fraudes fidelium. Item prædicauit publice in ſer. de paſſione Chriſti: Crucifixerunt eum, quis ſcit an funiculis ipſum alligauerūt, an clauis crucifixerunt.

Imaginum hæreſis orta fuit circa tēpora Gregorij. 2. anno. 714. tales auferre uoluerunt imagines ſanctorum,

quæ ſunt libri laicorum, quaſi idololatriæ cultum. Moti fuerunt inſtinctu Saracenorum. Contra hanc hæreſim ſeptima ſynodus celebrata fuit in Conſtantinopoli. Et ſanctus Gregorius Seruium epiſcopum redarguit, q̈ ſanctorum imagines inconſiderato zelo fregit. de cõſe. diſt. 3. ca. perlatum. Nam quod legẽtibus ſcriptura, hoc & idiotis præſtat pictura cernentibus, in ipſa ignorantes uident quid ſequi debeant, in ipſa legunt qui literas neſciunt. &c. uenerabiles Chriſtiani uenerantur ſanctorum imagines in memoriam ſanctorum, & recordationem primitiuorum olim factorum. i. rerum geſtarum. Item Gregorius ſecundus anno primo in concilio in urbe celebrato, imaginum ſanctorum uenerationem approbat, & contradictores excommunicauit. Et hæreſis execrantium imagines ſanctorum in eccleſia, dicentium illas nõ colendas, damnatur in ſeptima ſynodo Nicena.

Indiani de dominio presbyteri Iohannis, qui Chriſtianos ſe profitentur, & per beatum Thomam apoſtolum ad fidem Chriſti conuerſos: ſed ab erroribus prauis non ſunt alieni, circunciſionem recipiunt, adurunt paruulos ſuos in frontibus ſuis calamo ferreo, in modũ crucis. In fermento conficiunt, ſub utraq; ſpẽ cõicant. Nota q᷈ in partibus Indiæ diuerſi Chriſtiani ſunt hęretici, uidelicet Copti, Iſini, Mandepoli, de quibus quære in locis ſuis.

Inſabbatati hæretici, ſunt Vualdẽſes, & quoddam ſcutum in ſotulari uel ſabbate ſuperiore parte habent, qui perfecti inter eos ſunt, illud in ſignum deferũt, à quo Inſabbatati dicti ſunt. Et iuramentũ in omni caſu reſpuũt: nullam orationem niſi pater noſter admittũt, omne humanũ iudicium ſubterfugiũt: carnes omni die comedũt, libidini totaliter ſe exponunt. Qñ ſedent ad menſam, ꝑ hunc modum benedicãt: Qui benedixit quinq; hordeaceos panes & duos piſces in deſerto diſcipulis ſuis, benedicat hanc menſam nobis. Et qñ ſurgunt, illud Apoc. dicunt: Benedictio & claritas, ſapientia & gratiarumactio & uirtus & fortitudo deo noſtro in ſecula ſeculorum.

Ioachim abbatis hæreſis fuit anno. 1172.ſub Frederico primo & Alexandro tertio,quod eſſentia generat eſſentiã, ſicut deus generat deum, & ſic dicitur extra de ſum. trin. damnamus & reprobamus libellum ſeu tractatum quem abbas Ioachim edidit contra magiſtrum Petrum Lombar.de unitate ſeu eſſentia trinitatis,appellans eum hæreticum & inſanum. Et infra: Si quis igitur ſententiam uel doctrinam præfati Ioachim defendere uel approbare præſumpſerit,tanquam hæreticus euitetur.Verum poſtea fuit paratus ſe corrigi,& ſic quamuis non ſit hæreticus,tamen dicta eius ſunt hæreticalia.Ille enim dicitur pertinaciter inhærere hæreſi qui nõ eſt paratus corrigi ad mandatum ſuperioris.Deus autem acceptat conuerſionem hæreticorum dicente propheta: Conuertimini qui corruiſtis per falſitatem,tollite uerba dei & cõfeſſionis & dicite deo,aufer iniquitatem quæ uerſatur in corde noſtro,& accipe bonam conuerſionem. Et gloſſa Leui.17.Quiſquis hæretica prauitate per dei gratiã mundat⁹ fuerit,neceſſe eſt,ut ad eccleſiam ueniat,coloremq́ dei uerum aliis ſimilem oſtendat.

Iouinianiſtæ,à quodã Iouiniano monacho dicti,nullas nuptiarum & uirginum eſſe diſtantias aſſerentes. Et Hieronymus duos libros contra Iouinianum ſcripſit,& ut refert in.1. præceptor meus Gregorius Nazianzenus uirginitatem & nuptias differens Græcis uerſibus explicauit. Et ſecundum Auguſtinum in de hære. Hi oĩa pctã ſua ſicut ſtoici philoſophi paria eſſe dicebãt. Et Iouinianus uirginitatem Mariæ deſtruebat, dicens eam pariendo fuiſſe corruptam.Cito tamẽ hęc hęreſis oppreſſa eſt, nec uſq; ad deceptionem aliquorum ſacerdotum peruenire potuit.Et dixit quod babtizati non poſſunt tentari à diabolo.Beatus Thom. in tra.contra detrahentes rel.c. 6.dicit: Sciendum eſt hæreticum quendam fuiſſe Romę, antiquis temporibus, Iouinianum nomine,qui in hunc errorem lapſus eſt,ut diceret omnium baptizatorum, q ſuum baptiſma ſeruauerunt,unam in regno cælorũ eſſe

remunerationem, ex quo intantum proceſſit, ut diceret uirgines, uiduas, & maritatas, quæ ſemel in Chriſto fuerunt lotæ, ſi non diſcrepent cæteris operibus, eiuſdem meriti eſſe, & quod inter abſtinentiam ciborum & perceptionem eorum cum gratiarũ actione, nulla eſſet differentia, matrimonium per hoc uirginitati adęquans, in quo conſilium de uirginitate ſeruanda euacuabat. Vnde poſitio iſta pro hæreſi dãnata eſt, ut dicit Aug. & Tho. 3. contra gen. cap. 37.

Iſini ſunt hæretici in India, ſectam per ſe habentes, & pro maiori parte degunt in Aegypto ſub dominio Soldani. Et quando eorum infantes baptizantur, presbyteri extunc in frontibus ſcindunt crucem cum ferro candido & acuto.

Itatius epiſcopus Priſcillianiſta, de quo in quarto lib. dial. Seueri de uita ſancti Martini, dum ſynodus apud Treuerim celebraretur per Maximum imperatorem, cõſiliis ſacerdotum corruptum, quod. ſ. imperator ex epiſcoporum ſententia decreuerat armatos ad Hiſpanias mittere contra Priſcilliañ. hæreticos, ad inquirẽdum & perdendum eos, ad quorum communionem Martinus noluit ire, ſed poſtea neceſſitate compulſus, non ſpiritu, ad horam communionem iniit, ſatius æſtimans ad horam cedere, quàm his non conſulere, quorum ceruicibus gladius imminebat, nec communionem illam ſubſcriptione firmare uoluit. Altera die Martinus de Treueri receſſit, mœſtus, ingemiſcens ſe ad horam noxiæ communioni fuiſſe permixtum. Aſtitit ei angelus: Merito, inquit, compungeris, repara uirtutem ne iam non periculum gloriæ, ſed ſalutis incurras. Itaq; ab illo tempore ſatis cauit illa Itatianæ partis communione permiſceri. Itatius & Vrſatius epiſcopi accuſatores Priſcilliani, ſecũdum Sigibertum, communione eccleſiæ priuãtur ab epiſcopis, nefas eſſe dicentibus cuiuſcunq; modi hominem epiſcoporum accuſatione necari, & maxime imperatores, & aliquibus epiſcopis Itatium & Vrſatium defenden

tibus. Et hac de cauſa S. Martinus à Maximo moleſtatur, qa nolebat cõmunicare Itatianis, uix tñ obtinuit ut Priſcillianiſtæ nõ occiderent. Hinc dicuntur Itatiani hæretici. De Itatio quęre in Priſcilliano.

Iudas Iſcarioth primus hęreticus & apoſtata. Hiero. ſuper Matthæũ: Miſer Iudas ea infidelitate qua dñm tradidit, putabat ſigna quæ uiderat facere ſaluatorem, nõ maieſtate diuina, ſed facta magicis artibus. Et primo lib hi. tri. c. 13. Contriſtamur de eoꝝ hæreticorum perditione, & maxime qa ipſi aliqñ q̃ eccl'iæ ſunt audierũt, & ab eis prorſus exilierũt, nõ tñ hoc admiramur, hoc eñ Hymenæus & Phylet⁹ paſſi ſunt, & ante eos Iudas cũ eſſet ſecutus ſaluatorẽ, poſtea proditor factus eſt apoſtata, & iſte periit ſicut & alter Iudas, de quo Actuum. 5. Extitit Iudas Galilæus in diebus profeſſionis, & auertit populũ poſt ſe, & ipſe periit: & omnes quotquot conſenſerunt ei, diſperſi ſunt. Apoſtaſia notat diſceſſum à fide, & totaliter hominem ſeparat à deo. Iohan. 6. Multi diſcipulorũ eius abierunt retro. De hoc Iuda ſcripſit ſanctus Maximus Taurinus.

Iudæi quamuis non proprie ſint hæretici, quia in iure cañ. diſtincta eſt rubri. de Iudæis à rub. de hæret. tamẽ ut dicit Thomas. 2. 2. quæſtion. 9. articu. quinto, infidelitas Iudæorum poteſt dici hæreſis, inquantum renitũtur fidei Chriſtianæ ſuſceptæ in figura, quia ſuſceperunt figuram fidei euangelii in ueteri lege, quam male interpretantes corrumpunt. Et Auguſtinus in ſermo. aduerſus quinque hæreſes, Iudæos inter hæreticos ponit. Et Origen. in Homil. ſuper Matthæum, loquẽs de falſis prophetis per quos multi in perditionem abominabilẽ abierunt dicit, qui primo in Iudæa apparuerunt & cætera: Et Iudæorum hæreſes ſunt, quia nouum teſtamẽ. reſpuunt, articulos fidei niſi creationis non credunt. Chriſtũ dicunt fuiſſe purum hominem & prophetam fallacem, & Meſſiam in lege promiſſum uenturum expectantes. Hinc eſt quod Papa punit Iudæos ſi contra legem faci-

unt in moralibus, quæ immutabilia perſeuerant, & ſi cōtra legem ſuam hæreſes docerent. Hac ratiōe moti Gregorius nonus & Innocentius quartus, mandauerunt cōburi librum quem Iudæi uocant Talmud, in quo multę hæreſes continentur. Iſidor. octauo libro etymo. de hęreſib. Iudæorum; aliqui dicuntur Sadducæi, Morbonæi, Meriſtæi &c̄.

Iulius epiſcopus tempore Conſtantini Magni, diſcipulus fuit Arrij, & eius dogmatum inſectator, anathematizatus cum magna cohorte epiſcoporum Arrianorum, per Alexandrinum Conſtantinopol. Inæqualitatē diuinitatis poſuit, alij eius errores ſcripti ſunt primo libro hiſtori. tripar. cap. 13.

Iulianus Pelagianus, circa annum . 399. ſub Arcadio imperatore & Innocentio primo, contra quem præſertim & cōtra alios Pelagian. Auguſtinus ſcripſit hyponoſticon continentem ſex libros ſpeciales, infra in Pelagio. Hic Iulianus epiſcopus Campanus, uir acris ingenij, in diuinis ſcripturis doctus, prius quàm impietatem Pelagij in ſe aperiret, clarus in doctoribus eccleſię fuit, poſtea uero hæreſim Pelagij defendere niſus, ſcripſit aduerſus Auguſtinum impugnatorem eius lib. quatuor. Hic Iulianus eelemoſynis tempore famis & anguſtiæ indigentibus omnibus erogatis, multos miſerationis nobilium, præcipue religioſorum alliciens hæreſi ſuæ ſociauit. Moritur Conſtantino filio Valentiniani regnante, ſecundum Gennadium.

Iulianus apoſtata, anno. 353. ſub Liberio Papa, monachus fuit & magnę religionis ſimulator, & ſecūdum Iohan. Beleth in ſumma de offi. eccleſiæ, fur fuit & ſceleratiſſimus à pueritia in arte magica inſtructus, ſublimatus ad imperium, factus eſt apoſtata, ſignum crucis ubiq; deſtruxit, Chriſtianorum perſecutor, defuncto Conſtantio, Cæſar appellatus eſt, epiſcopos Arrianos de exilio reuocauit, paganis fauit, clericis inſidiabatur, martyres fecit, Chriſtianos Galilæos appellauit, contra

quem Baſilius ſcripſit libros fortiſſimos. *Similiter* contra eundem ſcripſit Gregorius Nazian. Et tam diuinam q̃ humanam Chriſtianis interdixit phiam. De quo ſic dicit Gotfridus Viterb. in chro. ſua,

Clericus imperiũ ſuſcepit apoſtata Romæ,
Cui Iulianus erat baptiſmatis ordine nomen.
Ille ſcelus patriæ prauus ubiq; fouet.

De morte eius uide in ſexto libro hiſtori. tripar. & poſt mortem eius exultantes clamabant Chriſtiani: Maxime fatue ubi ſunt tua uaticinia, uicit deus & Chriſtus eius. Sanctus Iulianus, cognomento Saba, angelicam uitam in terra ducens, iſta prædixit miniſtris eius, ferus ſacræ uineæ deuaſtator, pœnas exactus eſt uaſtationis ſuæ, iacetq; mortuus terroribus minisq; fruſtratus. Et ſophiſta Iuliani dixit cuidã Chriſtiano: Quid putas nũc facit fabri filius? At ille: Sepulchrum parat Iuliano. Gotfridus ubi ſup.

O Nazarene uiciſti magne minorem,
Ecce triumphanti proprium tibi trado cruorem.
Sic miſer interijt, & tetra regna fouens.

Et quia gladio Iulianus Chriſtianos ad occidendum perſequebatur, lancea ſancti martyris Mercurij perijt. Iuſte quidem, quod Pigmenium presbyterum qui eum à puero nutriuit ſacris literis, in Tiberim Romę ꝓ Chriſti fide necauit.

Iuſtina imperatrix Arriana, perſecutrix catholicorum, & præcipue perſequebatur ſanctum Ambroſium anno. 364. tempore Valentiniani imperatoris & Damaſi Papæ. Vide in uita ſancti Ambroſij: De iſta Iuſtina dicitur undecimo libro ec. hiſt. quod fuit mater Valentiniani imperatoris, Arrianæ hæreſeos alumna, & conturbare cœpit eccleſiaꝝ ſtatum, & cõminari ſacerdotib. exilia, niſi reuocarent decreta cõcilij Arimineñ.

Lamperiani, hi ſe iactabant eſſe apoſtolicos & de ordine apoſtolorũ, & quod omnia uota quæcũq; etiam uitari deberent, prorſus tolli affirmabãt.

Et hoꝝ fundamētum ſanctoꝝ patrum obſeruationi eſt cōtrarium, & cum Iohan. Vicleff concurrunt.

Lamperiani, ſecundum Damaſcenum in libro centum hæreſum, à Lamperio quodam appellati. Qui negligentibus in idipſum & ſimul uiuere, & in cœnobijs cōuerſari concedunt, unicuiq; qualem uoluerit approbare conuerſationem, & pertranſire, hanc quam prælegerit formam induere. Non enim ex neceſſitate facere aliquid Chriſtianum, quoniam ſcriptum eſt: Voluntarie ſacrificabo tibi. Et ut aiunt qdā & naturalibus paſſionib. dare locū ipſis uelut natura ſic expetenti.

Lentitius, hic hæreticus fecit libros quos eccleſia uitādos ꝓhibuit, di. 15. *Sancta Romana*.

Leoniſtæ, à Leone quarto īpatore Conſtantini hæretici filio dicunt, ſecūdum quoſdā: qui Leo coronam cuiuſdam eccleſiæ abſtulit, & capiti ſuo impoſuit, & correptus febri, ſpūm mox exhalauit, de quibus. C. de hæ. l. Gazaros, damnant perpetua infamia &c. Leoniſtæ in pte coincidunt cum Catharis, contra quos ſcripſit F. Rainerus Ordinis Præd.

Libanius in Antiochia pædagogus adoleſcētium habitabat, famoſiſſ. ſophiſta & impius, expectās Iuliani uictoriam. Interrogauit pædagogum, quaſi noſtram deridendo religionem: Nunc, inquit, fabri filius quid putas ait? At ille, quod poſt paululum contigit, completus gratia diuina prędixit: O ſophiſta, creator omnium, quem tu fabri filium nominaſti, locellum ſepulturæ Iuliano componit. Poſt paucos enim dies, mors illius erronei annunciatur, & in locello poſitus eſt. Hic Libanius lamentationis librum Iuliano conſcripſit, in quo meminit librorum quos contra Chriſtianos ediderat Iulianus. Hic callidus memoria Iuliani librorum Chriſtianam lacerat religionem.

Licinius ſub Conſtantino imperatore fuit, cum prius ſectator dogmatis Chriſtiani, uoluntate mutata in paganitatem cōuerſus, perſecutor eccleſiæ & ſacerdotū,

& nouis erat Chriſtianis infenſus.1.lib.hi.tri.c.8.

Liberius anno.353. tempore Conſtantij, primo catholicus fuit, & feruide contra Arrianos proceſſit, & à Cõſtantio mittitur in exilium, & Felix in Papam ordinatur, qui amplius Arrianos expugnauit, adeo ut Arriani Cõſtantium rogarent ut Liberius reſtitueretur, tanquã eis magis fauorabilis. Et ſic Liberius fuit reuocatus & Felix deiectus: ſed quia Liberius Arrianis fauebat, ideo Felix cum catholicis eum admonitum & contumacem tanquam hæreticum de eccleſia eiecerunt, & Felix fuit reaſſumptus. Hieronymus: Liberius tędio uictus exilij, & in hæretica prauitate ſubſcribens, Romam quaſi uictor intrauerat.

Lucilla Africana, Donati hæretici adiutrix, cuius opibus Donatus per Africam, ut infelices quoſcꝫ fœtentib. pollueret aquis, adiutus eſt, & ſic duplex ſexus utrunqꝫ ſupplantat. Hæc Hie. ad Cteſiphontem aduerſus Pelagi.

Lucius epiſcopus orientalis, ſectator prauitatis Arrianæ, dixit quod filius ſuam ſubſtantiam non nouit ſicut eſt, propter nos enim factus eſt, ut nos per eum tanquã per inſtrumentum crearet deus, & nequaquam ſubſtitiſſet, niſi nos deus facere uoluiſſet. Et omnia docuit quę Caponius & alter quidam Arrius, ut habetur primo libro hiſto.tripar.cap.13. Rubertus Tuitien. ſuper Apoca. dicit: Mirabilis Petrus Alexandrinus, tragœdias illorũ temporum deplorans dicit: Lucius quaſi ſucceſſor mihi expulſo deiectus, lupi neqtiam & actus habere feſtinans, diabolicæ impietatis ſocius, indiuiſus armiger, amariſſimus & miniſter eius, collecta multitudine populoꝝ preſ byteros atqꝫ diaconos decẽ & nouẽ numero cõphendens tanq̃ captos in q̃dam crimine, & Romanoꝝ inimicos legib⁹ coartabat, quorum corpora inſepulta relicta ſunt. De hoc libro.7.hiſt.tripar.cap.40. Ruffinus dicit eo tpe Lucius Arrianæ partis eṗs, poſt fugas ciuium & exilium poſt cędes & tormenta flammaſqꝫ, quibus innumeros condemnauit, ad monaſteria furoris ſui arma con-

uertit, uaſtat eremum, & bella quieſcentibus inducit, tria millia ſimul uel ampli⁹ uiros per totam eremum diſperſos aggredi trāſmittit armatam manum. Et illi ecōtra gladiis obiectabant ceruices, & nihil aliud dicebant niſi amice ad quid ueniſti?

Luciferiani, à Lucifero Smyrnæ epiſcopo orti, qui epiſcopos cathol. qui inſtante perſecutione perfidiæ Arrianorum conſentientes erant, & poſtea correcti in cathedram redire elegerunt damnantes, quod prius crediderunt, ſiue quod crediſiſſe diſſimulauerunt, quos eccleſia catholica materno recepit ſinu, tanquam Petrum poſt fletum negationis. Hanc illi matris charitatem ſuperbæ accipientes eos recipere nolentes, ab eccleſiæ communione receſſerunt, & cum ipſo Lucifero autore, qui mane oriebatur, cadere meruerunt. Et 24. quæſtione. 1. aduocauit, ubi dicit ex uerbis Ambro. Lucifer ſe à noſtra cōmunione diuiſerat, quanq̄ pro fide exulaſſet & fidei ſuæ reliquiſſet hæredes, non putauit tamen. ſ. Satyrus fidem eſſe in ſchiſmate. De hoc Euſebius libro. 10. c. 29. Dicunt etiam deum in Luciferi deiectione peccaſſe, quod impugnat Thomas primo contra gen. capit. 96. Dixit etiam Lucifer, quod laicus ueniēs ab Arrianis debet recipi pœnitens, non autem clericus pœnitens, quaſi laici & clerici non haberent unum Chriſtum. De hoc Lucifero fecit librum Hierony. qui dicitur altercatio Luciferiani & orthodoxi Et glo. Leui. 13. Luciferiani dicunt animā de carnis ſubſtantia propagatam.

¶Luteriani, à quodam Martino Luter nuncupati, & hic eſt debitus ordo, quia poſt Luciferianos ſubſequuntur Luteriani, nam Luter cum lucifero de luto fæcis paratus eſt cum ſuis ſatellitibus ſuſcitare ſopitas hæreſes. De Luterianis in quarto libro ſpecialiter & finaliter diſſerendum eſt, & iſti exorti ſunt tempore Maximiliani imperatoris & Leonis decimi Papæ. Ex multis erroribus Luteri, iſtos paucos extraxi, uidelicet: Recens eſt inuentio ſacramentorum. Sacramentū ordinis eccl'ia Chriſti

ignorat. Omnes Chriſtiani habent eandem poteſtatem in uerbo & ſacramẽto quocunq;. Omnes Chriſtiani ſunt ſacerdotes. Confirmatio & extrema unctio, nõ ſunt ſacramẽta à Chriſto inſtituta. Manifeſtus eſt error miſſam applicare ſeu offerre pro peccatis, pro ſatisfactionibus, pro defunctis &c̃. Negare laicis utranq; ſpeciem eſt impium & tyrannicum. Credo firmiter panem eſſe corpus Chriſti. Matrimonium non eſt ſacramentum diuinitus inſtitutum. Suadendum ut uota omnia tollantur aut uitentur. Chriſtus nunq̃ peccatores coegit timore ad pœnitentiam. Confeſſio quæ nunc agitur occulte in aurẽ, nullo poteſt diuino iure probari. Quilibet ſacerdos debet abſoluere à pœna & culpa, aut peccat. Iuſtus in omni opere bono peccat. Scriptura diuina prorſus tota nihil habet de purgatorio &c̃.

MAhometus gñe Arabs pſeudopropheta, Chriſtianorum atrociſſimus inimicus, inter hæreticos ponitur: illud enim quod in principio per Arrium ſeductor diabolus non potuit perficere, hoc per Mahometum adimpleuit: omne Arrianorum uenenum quod diabolus in aliis ſparſim diſſeminauit, in Mahometum comprehenſum euomuit. Hic mercator fuit uiliſſimus, princeps latronum, nuntius ſatanæ, præcurſor antichriſti, complementum totius falſitatis, & hæreſum. Hic cũ Sabellio negat trinitatem, cũ Arrio & Eunomio ſupponit Chriſtum eſſe creaturam: deum Chriſtum dicere, ridiculum putat: cum Carpocrate perſuadet Chriſtũ neq; deum, ſed ſanctum prophetam: cum Cerdonio affirmat impoſſibile eſſe deũ habere filium, ob hoc quod uxorem non habet: cum Manichæis Chriſtum non fuiſſe crucifixum, ſed alium illi ſimilem. Negat oĩa eccleſiæ myſteria, quæ ab Chriſti paſſione efficaciam habẽt cum Donatiſtis, dicit dæmones ſaluari per Alkoranum cum Originiſtis: cum Antropomorphitis communicant, qui deũ corporalem aſſerunt, ultimam felicitatem ponit in uoluptatibus cum Cherintho, circunciſionem admittit cũ

Ebionitis, & ſic de aliÿs erroribus quos ponit F. Richar. Ordinis Prædicatoꝝ, in li. qui dicitur confutatio legis Mahometicæ, & Pius.2. in epiſtola ad Mahometem Turcoꝝ principem, & ut dicit Gabriel de Bareleta Ordinis Prædi. Mahometus permittit ſectatoribus ſuis quod aſinis & porcis conuenit, quod etiam reprobat Auicenna eiuſdem ſectæ.9.Meta.Et error Mahometi incepit anno 621.ſub Bonifacio quinto: & Eraclio imperatore.Alber. ſuper illud Apoca.2.Permittitis mulierem Iezabelis &c. dicit quod iſta Iezabel fuit quædam mulier ſic uocata in illa eccleſia quæ fuit uxor epi̅, & per hanc introducta hæreſis Mahometi, ſicut illa Iezabel introduxit Baal inter filios Iſrael, & ſicut illa præcepit interfici prophetas domini, ſic lex illa præcepit quod interficerent q prædicaret illam. Et Io. de Turrecrem̃.fecit trac.cõtra Mahometum, ſimiliter F. Georgius de Vngaria Ord. noſtri fecit librum de ritibus Turcorum, continentem.23.capit. Romæ habetur ſuper Mineruam.

Macharius epiſcopus Antiochenus, qui primus autor & inuẽtor fuit huius hæreſis, quod in Chriſto eſſet dũtaxat una uoluntas & operatio, qui in ſexta ſynodo Conſtantinopol. cum ſuis complicibus damnatus fuit.diſti. 16. prima autem.

Macedoniaci anno.373. ſub Liberio & Conſtantio, à Macedonio epo̅ Conſtantinopo.dicti ſunt, negantes deum eſſe ſpiritumſanctũ, & ꝙ ſpirituſſanctus eſt miniſter patris & filiÿ, & aliÿ errores eoꝝ, & tormenta, quæ Macedonius exercuerat in orthodoxos, ponuntur.10.lib.hiſt. tripar.ca.31. & ſecunda ſynodus ſub Theodoſio ſeniore in Conſtantinopoli congregata Macedonium condẽnauit.diſt. 15. cap.canones, & prima quæſtione primo cap. cos illi, ſcilicet, Macedoniani, creaturam & ſeruum dei patris & filiÿ ſpiritumſanctũ delirando fatentur.de cõſe. di.4. cap.hi uero, iſti ſpiritumſanctum paruulum hominem montanũ credunt. De hoc Aug.in hæ.& Hiero.ſup Oſee.9.qui iactat ſe noſſe deum & non ſpiritũſcm̃, regit

K

non adeo, ſed à dæmonio in diuerſas partes circunfertur, dicens dei filium creaturam, ſpiritumſanctum negans eſſe deum, illi uenerunt dies uiſitationis & retributionis. Contra Macedonianos, Fauſtus epiſcopus librum conſpicuum fecit.

Marcellus Ancyræ Galatiæ epiſcopus purum hominē ſicut Paulus Samoſetanus præſumpſit dominum Chriſtum. Hoc cognoſcentes epiſcopi in Hieroſolymis cōgregati, eum comperientes Samoſetani dogmate maculatum, librum ſuum incendio tradere iuſſerunt, ab epiſcopatu quoq; eum depoſuerunt, in cuius locū Baſilium in Ancyram dixerunt. 3. lib. hi. tri. c. 9. Hinc appellati ſunt Marcelliani. C. de hæ.

Mãmoluci, qui relicto dogmate Chriſtiano, ad Saracenos & Mahometiſtas migrãt, noſtram legem iniquam aſſerentes, Turcorum initiantur ſacrilegijs, & qui trinitatem prædicabant, nunc deteſtantur, homines ambitioſi, quibus nullus erat locus in lege noſtra, & à nobis eiecti tanquam uilia mancipia, de luce auerſi ad mammonam, quærentes ditari à Turcis. & ut dicitur. C. de apoſtatis. l. hi qui ſanctam fidem perdiderunt, & baptiſma hæretica ſuperſtitione profanauerunt, à conſortio omnium ſequeſtrati ſunt, & idem de tranſeuntib. ad Iudæos, de hæ. li. 6. con. Chriſtianos. & in Cle. de Iu. & Sar. dicit: Cedit in offenſam diuini nominis & opprobriū fidei Chriſtianæ, cum Chriſtianis habitãt Saraceni. & idē determinat Gregorius. 11. in extra. Admodum dolenter audiuimus & nar. &c. & dicit Alexan. de Ales, ꝙ ille qui oſculatur ſepulchrum Mahometi, uel aliquid facit ad ei⁹ uenerationem ſicut alij infideles, & ita profitetur & credit, eſt apoſtata & hęreticus & excōmunicatus, & nō poteſt abſolui niſi à Papa.

Magici ſeu Necromantici, uel dęmonum inuocatores idem ſunt, & ſecundum Nico. Emerici ſic cognoſcuntur, habent ẽm ut communius ex uiſione, aut apparitione, uel collocutione malorum ſpũum, toruum uiſum &

obliquum, ponuntq; ſe ad diuinandum de futuris, quæ dependent ex mera dei uoluntate, & frequenter ſunt aſtrologi uel alchimiſtæ: & quando non poſſunt pertingere ad finem quem intendunt, quærunt dæmoniorum auxilium. Et dicit Io. Gerſon in de examine doctrinarũ: Theologizat aliquando dæmon, ut ait Climachus, & addit: Nam homo arrogans ſeipſum ducem ſui conſtituens, non indiget dæmone tentãte, quia eſt factus ſibiipſi dæmon. Et Gerſon de diſtinctione uiſionum: Verarum à falſis dicit plerunq; cadunt magici in inſaniam, & uultus oculorumq; horrorem terrificum patiuntur. Vnde dæmones inuocare, eſt apoſtaſia à fide & hæreſis, hoc tenẽt in ſecũdo ſen. Alber. Petrus de Tar. Guido de Carmelo, & in iure. Io. monachi & idem Barthol. Raimundus extra de hæret. accuſatus libro ſexto, & ſimiliter Lap. & ſecundum Dominicum Geminianum conſilio ſuo. 54. ſi coniuratio dæmoni facta ad malum, credens ipſum habere à ſe poteſtatem operandi aliquid principaliter, tũc puto hoc ſapere manifeſtam hæreſim, quia tribuit poteſtatem dei dæmonio. De hoc Deuteronomij.13. Et epiſcopi eorumq; miniſtri omnib9 modis laborare ſtudeãt, ut pernicioſam & à Zabulo inuentam ſortilegam & magicam artem ex ſuis parochijs penitus eradicent, ut dicitur.26.quæſt.5.epiſcopi.

Manes Perſa, anno.266. ſub Claudio Quintilio & Dionyſio Papa, à quo Manichæi, uir callidus & diabolicus, moribus & uita barbarus, & prius Vrbicus uocabatur, & ſe Chriſtum profiteri auſus eſt, duo ſuis ſequacibus principia eſſe affirmabat. Vnum boni & lucis, Alterum mali & tenebrarum, teſtamentum uetus reſpuens, nouum recipiens. Et Guilhelmus Altiſi. in ſecundo, dicit cõtra oẽm hæreſim quæ non recipit uetus teſtamentum, eſt illa autoritas domini in euangel. habent Moſen & prophetas, audiant illos. De iſto Perſa facit mentionem Auguſti. in libro.90. quæſtionum, & Leo Papa, & Euſebius libro 7.c.28. dicit quo tpe Manes quidam, ſecundum nomẽ inſa

nits, & inſtinctu dæmonis agitatus, inuiſam & execrabilem hominibus hæreſim docet, tam acer ingenio ut inſanie uel dæmone adimpleri uideretur, nunc Chriſti ſe gerere formam conabatur oſtendere, nunc ipſum paracletum ſe eſſe prædicabat, duodecim diſcipulos eligẽdo ad prædicandum mittebat.

Manichei uel Manantes, phantaſmatum ſomniatores à Manete ſecundũ Hiero. anno. 264. regnante Probo imperatore, inſana Manichæorum hæreſis exorta eſt. Dicit Aug. de hæ. In Græcia diſcipuli eius nomẽ inſaniæ quaſi doctiores, & eo ipſo mendaciores uitãtes, geminata n Mannichæum quaſi manna fundentem, pro Manichæo id eſt, inſano, appellauerunt. Item Titus Boſtrenus ẽps, ſub Iuliano & Iouiniano principibus, fortes cõtra Manichæos ſcripſit libros. Et Io. de Turrecrem. ad mandatum Pij ſecundi collegit tractatum quinquaginta ueritatũ, contra. 50. errores Manichæorum. Et Manichæi coniugium deteſtantur di. 30. ca. illud autem. Et Hier. Impijſſimum Manichæum nominare pollutio eſt. Et ſecundum eundem ſuper Iohelem: Ieiunia Manichæorum deo nõ placent. Vnde Manichæus uanitate Luciferi ſeductus, adeo delirauit, ut ſe ſpm̃ſcm̃ à deo miſſum aſſereret. Hic duas naturas introduxit, id eſt, bonam & malã. Et Manichæi animas ex deo quaſi ex aliq̃ fonte manare aſſerunt. Dicũt nihil in nobis poſitum eſſe. Negãt liberum arbitrium, nec poſſe iuuare ad ſalutem, cõtra illud apoſtoli: Gratia eius in me uacua nõ fuit. Ponunt ſummum malũ q̊d eſt principium omniũ malorum, & quod om̃ia corporalia creata ſunt à deo tenebrarum, & q̊d deus eſt q̃dam lux corporea, & animã dixerunt partẽ illius lucis corpori alligatã, & q̊d dæmones ſunt naturalit̃ mali, & phantaſiã eſſe dicũt, quod dicit Ieſum Chriſtũ fœmineo poſſe naſci utero: Nõ em̃ dignum eſt, inqunt, q̊d tanta maieſtas p ſordes & ſqualores fœminæ tranſiſſe credatur. Alias hæreſes, uide in tabula Petri de Pergamo circa opera beati Thom. Et propt̃ Manichæos S. Petrus ordinis noſtri martyrizatus eſt,

& Manichæi multiplicati fuerunt qui ſanctum Aug. multum fatigabant, contra quos ſcripſit Augu. lib. & Syritius Papa Manichæos in urbe inuenit, quos exilio damnauit, & contra Manichæum ſcripſit Archilochus Meſopotamiæ epiſcopus, & Vlricus de Argentina in. 2. libro tra. 2. Stultiſſima eſt hæreſis Manichæorum, quæ dicit aliud eſſe principium corruptibilium, aliud incorruptibiliū, omnes enim philoſophi præſupponebant eadē eſſe principia utrorumq;. Multo autem inconuenientius dicunt duo eſſe principia, boni & mali, quia malum non eſt exiſtens, nec in exiſtentibus, ut dicit Dioñ. & priuatio & non ens incidunt præter intentionem agentis. Et ſecundum Thomaſinum ordinis noſtri, Manichæi damnant Iohan. baptiſt. quia in Chriſtum non credidit, eo quod miſit duos diſcipulos cum eſſet in uinculis, dicens: Tu qs es? Si, inquiunt, bonus fuiſſet, in Chriſtum utiq; crediſſet. Et ergo de celebrati. miſſa. in quadam dicitur. Alij non fuiſſe Chriſtum uerum hominē, ſed phantaſticum, ut impij Manichæi, & damnantur in prima ſynodo Bracarenſi.

Marrani dudum in certis locis regnorum Hiſpaniarum fuerunt in multis articulis iudaizantes, cōtra quos ex commiſſione Chriſtianiſſ. regis Hiſpaniarum Ferdinandi & cōthoralis ſuæ Eliſabeth, tempore Alexā. ſexti, infiniti labores facti ſunt per patres Ordinis noſtri, & facta fuit inquiſitio ſolenniſſima qualis nunquam antea fuit, & diſperſi & perſecuti ſunt filij Belial. Gloſſa. C. de Apoſtatis l. Hi qui reprobantur, illi qui poſt baptiſmum ſuſceptum uolunt perſeuerare in priſtina ſuperſtitione, prophanant ſanctum baptiſma, quod eſt contra illos qui uulgo dicuntur Marrani.

De his ſcribitur tertio libro Regum, Hiſpaniarum Ferdinandus catholicus & Elizabeth Hiſpaniam purgagauerunt omni ſuperſtitiōe, exactis inde omnibus Iudęis, & his Iudæorũ ritib. imbuti noietenus Chriſtiani, uulgo Marrani dicuntur, q̊rum magna uis erat.

Maronitæ, à quodam magiſtro ſuo hæretico, nomine Maron, qui unam duntaxat in Chriſto uoluntatem aſſerebat & operationem. Hanc imitati hæreſim Maronitæ per quingentos annos à conſortio fidelium fuerunt excluſi, & Chaldaica uel Saracenica lingua utuntur. Tandem diuina inſpiratione redeũtes ad cor, & ſe erraſſe cõfitentes, hæreſi abiurata in manus Emerici Antiocheni patriarchę Rom. eccleſiæ obedientia facta ſunt adnumerati, & ad unitatem fidei reuerſi, unde eorũ patriarcha generali interfuit concilio Romæ ſub Innocentio tertio celebrato.

Martiniani hæretici, noſtris temporibus orti à quodã Martino Luter: qui recte à Marte deo belli diabolini appellationem traxit, nõ à Martino uiro dei, qui ab hæreticis à multis locis legiť expulſus. Et tamen profani erroris templa deſtruxit, cui & digne Arrianorũ ſubiacuit feritas. Hi Martiniani ſunt qui & Luteriani, quære in locis ſuis, & ſignanter in .4. libro.

Maronini hęretici, habentes p ſe ſectã inter alios Chriſtianos & Saracenos diſperſi, & pro maiori parte habẽt ſe ad modum Neſtorianorum, ſed non circuncidũtur, & quæcunq; agunt uel agere incipiunt, ſemper dicunt: In nomine dei & trium beatorum regum. Pius ſecundus in epiſtola ad Mahometẽ: Pauciſſimi ſub tuo impio Chriſtiani ſunt qui ad ueritatem ambulent euãgelij, omnes aliquo errore ſunt imbuti, quamuis CHRISTVM colant Maronæi, Armeni, Iacobitæ & alia quædã nomina.

Marcus hæreticus, de quo Euſebius quarto libro capi. 1.5.&.8. & Irenæus in libro contra hære. Hic fuit artibus magicis imbutus, & baptizauit hæretice homines: In nomine ignoti patris omnium, & in ueritate omnium matre, & in eo qui deſcendit in Ieſum. Quiddam tale etiam ipſe de Eonibus, ſicut Valentinus affirmans. Hinc dicuntur Marcitæ. Auguſtinus in libro de hæret. Marcus negat reſurrectionem carnis, & Chriſtum non uere, ſed putatiue paſſum aſſerit. Duo principia cõtraria

opinatur. Hieronymus ad Theodoram in epitaphio Lucinij; Refert Irenæus apoſtolorum tempore & Papiæ auditoris Iohannis euangel.diſcipulus epiſcopus Lugd. quod Marcus quidam de Baſilidis gnoſtici ſtirpe deſcendens, primum ad Gallias uenerit, & eas partes per quas Rhodanus & Garumna fluunt ſua doctrina maculauerit, maximeq́; nobiles fœminas, quædam in occulto myſteria repromittens, hoc errore ſeduxerit magicis artibus.

Martyriani ſecundum Epiphaniũ tenent eandem hæreſim cum Pſallianis: Quære ibidem.

Martioniſtæ, uel Martionitę, anno. 148. ſub Antonio Pio & Igino Papa, de quibus Iſido. à Martio Pontio ſtoico philoſopho, qui Cerdonis dogma ſecutus, alterum bonum, alterum iuſtum deum aſſeruit, tanquam duo principia creationis & bonitatis: Et quod eſt deus qui nõ punit, & eſt bonus deus: Alius qui punit, ut deus iuſtus. Idẽ ſentit Valentinus, & hoc reprobat Thomas tertio contra gentil. de quo ſic dicit Beda, Polycarpus Martioni cum aliquando occurrit, & dicente ſibi: Agnoſce nos. Reſpondit, quia agnoſco primogenitum ſatanę. Hic Polycarpus Romam ueniẽs, ubi plurimos credẽtium Martionis & Valentiniani perſuaſione deceptos reduxit ad fidem, ſecundum Hieronymum de illuſtribus uiris. Contra Martionem Philippus Creteñ. librum ſcripſit, ſimiliter Modeſtus & Irenæus & Hippolytus epiſcopus Africanus, & Epiphanius dicit eum tria principia aſſeruiſſe, bonum, iuſtum, prauum. Et dicit Gregorius Turonenſis primo libro hiſtoria. quod ſub Antonini imperio hæreſis Martionita exurrexit. Et Rhodon Aſianus aduerſus Martionem opus fecit. Et gloſſa Iſaiæ quadrageſimoquarto: Confundetur Martion duos deos intelligens, unum bonum, alterum iniuſtum, unum uiſibilium, alterum inuiſibilium conditorem. Quorũ primus lucem faciat: Secundus tenebras, Ille pacem, ille malum, tum utrunq; pro diuerſitate meritorũ, unus deus idemq́;

condiderit.&.1.q.1.Martion & Baſilides, & cæteræ hæreticorum peſtes non habent euangelium, quia non habēt ſpiritumſanctum. & Martion doctus fuit, ut infrà dicetur in Valentino. Glo.Ezec.8.Nō ignoramus Martionem & alios hæreticos, qui uetus laniant teſtamentum, contempto creatore &c. Et Hieronymus ad Cteſiphontem aduerſus Pelagi. Martion Romam præmiſit mulierem, quæ decipiendos ſibi animos præpararet. Glo.Exo di.4.Martion & Valentinus & omnes contra creatorem diſputantes, uaria loquūtur: frequenter tamen audimus, ut contradicamus, ſed non recipimus, quia illorum os diabolus aperit. Dignetur dominus aperire os noſtrum, ut poſſimus contradicentem reficere, & obdurare os quod diabolus aperit. Et Hierony. in prologo ad Titum: Licet non ſint digni fide qui fidem primam irritam fecerunt, Martionem loquor & Baſilidem, qui uetus laniant teſtamentum, tamē eos ex parte aliqua ferremus, ſi ſaltem in nouo continerent manus, & non auderent Chriſti euangeliſtas & apoſtolos uiolare. Nunc uero & euāgelia eius diſſipauerunt, & apoſtolorum epiſtolas ſuas fecerunt, & de cæteris epiſtolis quicquid cōtrarium ſuo dogmati uiderent, eraſerunt: & epiſtolam ad Timo. ad Hebræ. & ad Titum, repudiandas crediderunt. Et ſm eundem ſuper.7 li.c.18.in Iſaia: Martioniſtæ cum recipiant prouidentiā, accuſant creatorē, & aſſerūt eum in pleriſq; operibus errasse, & non ita feciſſe ſicut facere debuerat. Sic Iuſtinus phūs pro religione Chriſti multum laborauit, & contra Martionem inſignia uolumina ſcripſit, ſimiliter & Theophilus Antiochenus librum contra eum compoſuit, & Sabbatius Gallicanæ eccleſiæ epiſcopus compoſuit librū de fide aduerſus Martionem & Valentinum eius autorē, & Hieronymus ſuper eccleſiaſten.8. Martion & Valentinus melioris ſe eſſe dicunt naturæ, q̄ conditor eſt.

Marinus à Thracia uocatus ab Arrianis, quem multi ſequebant, dicentes patrem eſſe patrem etiam filio non exiſtente, uocabant enim iſti Paterianì, eo quod quidam

Theotiſtis Syrus gñe Pſatira, id eſt, duplicia uendẽs, hāc propoſitionem ualde defenderit, hosq́ʒ ſecutus eſt Selenaas Gothorum epiſcopus, & hæc dicta eſt hæreſis Pſatirinorꝫ, ex.9.li.hiſt.tri.c.40.

Macrianus, de quo Euſebi.lib.7.ca.21.& de eodem Dionyſiꝰ, quod regnante Galieno, eccleſiæ dei in pace durarunt, & medijs eius temporibus, Macrianus uelut nubes quædam tenebroſa eſt orta, ſubito regni eius obſcurauerat lucem. Quo rurſus ad uitam æſtiuæ nubis abolito Galienus nomen (ut ipſe ait) ex ueteri uniuerſo mũdo.i.claro lumen effulſit.

Marſilius Paduanus incidit in diuerſas hæreſes, quas Iohannes.XXII.damnauit. Et dixit quod papa poteſt iudicari ab imperatore: & quod presbyteri tantam habẽt poteſtatem ſicut epiſcopi, nedum quãtam papa: & quod imperator ſuccedit papæ uacante eccleſia: & quod eccleſia & clerici non poſſunt habere proprium: & quod poſt CHRIſtum aſcendentem, non manſit in terra eius uicarius generalis papa, & ſic CHRIſtus dimiſit eccleſiã ſine uicario. Hos errores reprobat Alpharus.1.lib.de planctu eccleſiæ ar.68.

Mathematici, de quibus.C.de eodem ti.& uocanẽ planetarij.26.q.3.c.illic.& hos Chriſtiana & uera pietas expellit & damnat ſm Aug.4.li.confeſſi. & glo.Michęæ.3. Hæretici ſunt pſeudoprophetæ, non miſſi à deo. O hæretici qui mẽtimini uos habere prophetiam, & imitamini eccleſiam dei, ubi ęſtimatis uiſionẽ, ubi erit nox? Et glo. Iſaiæ.56. Oẽs qui eccleſiam deſerunt, tradentes ſe ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorꝫ, nihil ad deum pertinere credẽtes, ſed ſtellarum curſu, uel uarietate fortunæ oïa gubernari: hi tradenẽ ęternis ſupplicijs, ut nullꝰ eorꝫ poſſit euadere. Et Macharius monachus in urbe Ro.ſcripſit aduerſus mathematicos librum, in quo labore orientalium quæſiuit ſolatia ſcripturarꝫ ſm Gennadium.

Maximinus Arrianorꝫ epiſcopus. Hic aſſerebat patrẽ potentiorem eſſe filio, eo quod filium genuit deum crea

torem, filius autem non genuit, dicebatq; patrem potuiſſe gignere non filium. Contra quem Auguſtinus fecit tres libros. Et contra eundem diſputat magiſter ſen. in. 1 diſt. 7. Et Cerealis natione Afer, catholicæ fidei Caſtellẽſis epiſcopus ſcripſit contra Maximinum librum uiginti capitulorum.

Maximianiſtæ, primo fuerunt Donatiſtæ, ſed poſtea à Donatiſtis diſcrepare cœperũt, propter quod Donatiſtæ ſchiſmaticos eos appellabant. Contra quos ſcripſit Aug⁹ libꝝ utiliſſimum.

Maximus Donatiſta fuit, ſed poſtea conuerſus fuit ad fidem: ex laico in epiſcopũ eſt promotus. De quo ſic ſcribit Leo papa in epiſtola ad Mauros: Epiſcopus Maximũ ex laico reprehenſibiliter licet ordinatum, tamen ſi Donatiſta iam nõ eſt, & à ſpiritu ſchiſmaticæ prauitatis alienus eſt, ab epiſcopali quã quoquo modo adeptus eſt, nõ repellimus dignitate, ita ut ipõ libello ad nos directo catholicum ſe eſſe manifeſtet.

Maximilla cõcurrit cum Montano, anno. 174. ſub Cõmodo principe & Sotere papa. Cõtra quam ſcribit Melciades, teſte Hierony. iſta fuit mulier inſano ſpũ repleta. Et dicit Euſebius. 5. lib. c. 16. Sancti epĩ Zoticus de Cumana & Iulianus de Apamea aggreſſi cohibere ſpm̃, qui loquebatur in Maximilla, iuſſerunt Temoſſonem obdurare os eius, & excludere uocem falſi & erratici ſpũs. quod & factum eſt, & coarguens falſam fuiſſe Maximillæ prophetiã, quæ bella q̃plurima imminere prædixerat. Mortua eſt mulier iſta, & nuſquam prorſum uel priuatim, uel publice bellum aliquod exortum eſt, ſed Chriſtianis per dei miſericordiam pax iugis & firma perdurauerat. Et idem ſcribit Apollonius ſcriptor eccleſiaſticus. Et Maximilla & Priſca fuerunt propheti ſſæ Montani, ut infrà in Quintilianis. Idem Hieronymus in epiſtola contra Pelagianos.

Matthias Bohemus, Orphanorum capitaneus Huſſita, in concilio Baſilieñ an. 1433. inter alia in laudem Io. Huſſ

combuſti inuectiue dixit: Io. Huſſ felicis recordationis, in honore habet, cui⁹ feſtum celebrat, quod reprobat in Vlrico de Morauia: Qui em̃ hæreticos defendit, hæreſiarcha cenſendus eſt.24.q.ult.qui alioꝝ.

Maiorinus Donatiſta, à Donato ordinat⁹ in epiſcopũ Carthagiñ. factionis & ſectæ Donati, cui Maiorino alius Donatus ſucceſſit, qui eloquentia ſua ſic confirmauit hãc hæreſim, ut multi exiſtiment propter ipſum potius Donatiſtas uocari. Iſti Donatiſtæ Romę uocant Montenſes, quibus hinc ex Africa ſolẽt epm̃ emittere, aut hinc illuc epi eorum pergere: ſi forte eum ibi ordinare placuiſſet, ut dicit Aug⁹ in de hære.

Marcellina hęretica, hęc colebat imagines Ieſu, & Pauli, & Homeri, & Pythagoræ adorãdo, incenſumq́; ponẽdo: hæc fuit ſocia ipſius Carpocratis, à qua ſua ſecta tradita dicit fuiſſe ſm Aug.

Medius ſacerdos hæreticus, de quo in origine Bohem̃. ca.12. Hic erat ſacerdos Huſſitaꝝ ueſaniæ particeps, qui ſacramenta miniſtrauit hæreticis in caſtro Io. Roatij. Adductus fuit ad Pragam, & ibi furcaꝝ quibus damnati pœnas dederunt, triplex differẽtia fuit: ſublimior Roatius pẽdebat, imam tenuere latrones circiter nonaginta: media ſacerdotem arripuit nomine Medium, atq; ita Medius in medio furcarum damnatam animam deuotamq́; ſatanæ tradidit.

Melchiſedeciani uocati, pro eo quod Melchiſedec ſacerdotem deum non hominem fuiſſe, ſed uirtutẽ dei eſſe arbitrant.24.q.3. quidem. Idẽ tenet Aug. de hære.

Melitius eps̃ unius ciuitatis Aegyptiorum anno.367. qui in perſecutiõe fide negata ſacrificauerat, & ſic depoſitus eſt & damnatus: multos habuit ſequaces, & hereſiarcha factus eſt eorum. Hic cum ſuis defendebat Arrium, & ab eo in Aegypto Melitiani uocantur: & ab eccleſia fuerunt ſegregati.1.li.hiſt.tri.c.18. & ſm Aug. Hi nolũt orare uel operari cum conuerſis. i. cum eis qui in perſecutione ceciderũt, ſchiſma fecerũt. Nũc aũt Arrianis dicunt eſ

coniuncti.Hierony.ad Damaſum:Meletium reſpuo, qui Chriſti non eſt,antichriſti eſt.

Menas epiſcopus,prius catholicus, poſtea currebat cū Arrianis,uerum ⱽbum patris in diuinis negauit,& omīa quæ Arrius magiſter iniquitatis,ut dicit.1.hiſt.tri.c.10.

Metangi nominati ideo tale nomen acceperunt, quia tangios græce uas dicit latine:aſſerebant enim eſſe in patre filium tanquam uas minus infra uas maius.Vel dicuntur Metangiſmonitę,& ſic quaſi duo corpora carnaliter opinantur, ita ut filius in patrem intret quaſi uas minus in uas maius:contra Athanaſium in ſymb.nec maius nec minus.

Menandriani,ā Menandro Magno diſcipulo Simonis magi nuncupati,qui mundum ā deo nō creatum, ſed ab angelis factum aſſerunt,ut dicit Iſid.& Aug⁹ in de hære. & Euſe.3.li. dicit,quod ipſe fuit Samaritanus,qui ueniēs Antiochiam,quàmplurimos per artem magicā decepit, CHRIſtum negans,ſed ipſum mūdi ſaluatorem deſtinatum aſſeruit, incredibilia compoſuit figmenta, & tandē uno ſcelere pariter interijt. Et dicit Ignatius in epiſtola ad Trall. Fugite Menandrum, & totā collectionem malignitatis eius.

Meſſalanij,quos orantes uocant, & alia appellatione dicunt Anthyatiſtæ.i.ſacrificatores, iſti tamen hæretici cuiuſdam dæmonis operationem expectant,& hanc ſancti ſpiritus præſentiam arbitrantur, & uenerabile ſacramentum reſpuunt.Huius hæreſis principes fuerunt Dadoſius,Sebas,Hermas &c.quęre in locis ſuis.Ex.7.li. hiſt. tri.c.11.&.C.de hære.

Mitialiſtæ apud Latinos ſic appellati ſunt,qui & Cherinthiani dicunt ſm Iſid.&.24.q.3.quidam. Ideo ſic dicūtur ſm Aug.quia mille annos poſt reſurrectionem in terreno regno CHRIſti ſm carnalis uentris & libidinis appetitum futuros fabulant. De ijs Auguſtinus.22.libro de ciuitate dei ca.11.

Miletus,de hoc Hiero.ſuper epiſtolam ad Titum:Licet

nomen hæreſeos Mileti non dicatur à Paulo, tamen opē ra nominanť Act.29.quando Paulus loquebať ad presbyteros eccleſiæ: Ego ſcio quoniam uenient poſt receſſum meum lupi rapa. &c.

Minophantis Epheſius Arrianus, poſt obitū Arrij tpe Conſtātini, cū multis alijs ep̄is, qui inſtar lupoꝝ in eccleſias ingreſſi ſunt, anathematizatus eſt: nulla enim conuē tio lucis ad tenebras. Ex.4.li.hiſt.tri.c.24.

Monothelitæ dicti ſunt hæretici, quia tantum unam in Chriſto uoluntatem & actionem poſuerunt, neq; duas quæ duabus reſpondeat naturis, ipſo uoluntates natu rales & actiones. Hanc hæreſim Io.Damaſ.3.lib.ca.14.latiſſime redarguit.&.1.q.13.conuenientibus. Tharaſius ar chiepiſcopus Conſtantinopol.dixit plures eorum qui in ſexta ſynodo conuenerunt à Sergio, Pyrrho, Paulo, Petro, ordinati ſunt, qui & fuerunt principes hęreſeos Mo noſcelitarum, de his quære in Bonoſianis. De conſe.diſt. 3.c.ab antiqua. Et.16.diſt.c.habeo. Sancta ſynodus ſexta ſub Conſtantino imperatore damnauit Monoſcelitas.

Montenſes ſiue Campates, hi coincidunt cum Circum cellionibus & Donatiſtis. Sic enim nominat eos Hierony.contra Luciferia.qui dicuntur Chriſti, non à dño Ieſu Chriſto, ſed à quoq; alio nuncupati: & ſcito nō eccleſi am Chriſti, ſed antichriſti eſſe ſynagogam.

Montani uel Montaniſtæ.C.de hereti. dicti, qui anno 170.tempore Commodi iuperatoris & Soteri papæ, in tē pore perſecutionis in montibus latuerūt, qui occaſione ſe à catholicæ eccleſiæ corpore diuiſerunt. Glo. Iſaiæ.65. Hæretici in ſpecubus dormiunt, qui lumen ſpūſſancti relinquentes, & cœnaculum in quo apoſtoli ꝓſabantur, in tenebris diaboli commoranť. Dicti ſunt etiam à Montano, qui ut dicit b.Thomas.3.contra gen.c.154. dicebat ꝓ phetas tanq̄ arreptitios non intellexiſſe quę loquebanť, & conueniebant in cauda & in fine æternæ damnationis cum Priſcilla. Contra quos arguit in de ueritate beatus Thomas q.12.ca.4. Et Montanus natione Phrygius,

paracletum ſe nominauit, ex eo etiam Cataphrygæ hę-
retici prouenere. Contra Montanum, ut dicit Hierony-
mus, Melciades doctiſſimus librum ſcripſit. De eo in. 5. li.
hiſt. eccle. c. 16. Et opuſcula Mõtani, Priſcillæ & Maximil
læ apocrypha ſunt. diſtin. 15. ſancta. & Serapion epiſco-
pus apud Africam, fidei confeſſione inſignis, ſcripſit epi
ſtolam ad Carinum & Pontum de hęreſi Montani. Apol
lonius quoque uir diſertiſſimus aduerſus eum uolu-
men edidit, in quo aſſerit Montanũ & inſanos uates ei9
periſſe ſuſpendio. Et Hieronymus ſecundo libro contra
Iouinianum: Montanus & Nouatus dixerunt, quod qui
ſemel peccarunt, per pœnitentiam non poſſunt reno-
uari: quod reprobat de pœnitẽtia, diſt. 2. c. ſi enim. per di
uerſa exempla ueteris & noui teſtamenti, quæ hic præ-
tereo. Dicit quoq; Hieronymus in epiſto. ad Cteſiphon-
tem: Montanus immundi ſpiritus prædicator, multas ec-
cleſias per Priſcam & Maximillam nobiles & opulentas
fœminas primum auro corrupit, deinde hæreſi polluit.

Molonariſtæ, iſti cõicant cum Marcellianis, & damna
ti ſunt in ſecunda ſynodo Conſtantinopolitana.

Masbutheus, unde Masbuthei hęretici ſunt appellati,
& fuit unus primus de ſeptem primis hæreticis, de quib9
ſcribit Euſe. 4. li. hiſt. eccle.

Nazarei uel Nazorei dicti, quia dominũ Chriſtũ
qui à uico Nazareus eſt appellatus, filium dei li-
cet confiteanť, oĩa tñ ueteris legis cuſtodiunt, q̃
Chriſtiani per apoſtolicam traditionẽ nõ reſeruare car-
naliter, ſed ſpũaliter intelligere didicerunt ſm Aug. No-
uum teſtamentũ reſpuẽtes, uetus recipiunt: & coincidũt
cum Helonitis in parte, de quibus Tho. 4. contra gen. ca.
57. & dicunt q fides Chriſti ſine operibus legis non ſuffi
cit ad ſalutem, de hoc Tho. opuſculo. 3.

Narciſcus Nerodiadis Ciliciæ, quam nũc Hermopo-
lim uocant, epiſcopus poſt mortem Arrij, in eadem per-
fidia permanſit: & propter crimina ei illata, generali de

creto ſanctum concilium ab epiſcopatu depoſuit, & à fidelium cõione.4.li.hiſt.tri.c.24.& apſtcis dogmatib.reſiſtebat, Arrium defendendo.2.li.Euſeb.cap.5.

Neotiani uel Neotitiani, à quodã Neoto, qui fuit magiſter Sabellij, anno.260.qui Chriſtũ dicebant eundẽ eſſe & patrem & ſpm̃ſanctũ, ipſamq́ꝫ trinitatẽ in officiorũ nominibus, & non in perſonis accipiunt, contra dicit̃ de cõſe.diſt.3.c.fi. q̃uis pater filium genuerit, & ideo filius nõ ſit qui pater eſt, filiusq́ꝫ à patre ſit genitus, & ideo pater non ſit qui filius &c. Vnde & Patripaſſiani uocant̃, q̃a patrẽ paſſum dicunt, ſm̃ Iſid. & Aug. in de hære.

Neſtoriani uel Neſtorini ul' Neſtorani, à Neſtorio Cõſtantinopolitano ep̃o nũcupati, anno.424.ſub Theodoſio & Celeſtino, qui beatam uirginẽ non dei, ſed hoĩs tãtummodo matrem aſſeruit, ut aliam perſonã carnis, aliã faceret deitatis, nec unum Chriſtum in uerbo dei & carne credidit, ſed ſeparatum atqꝫ ſeiunctum alterum filium dei, alterum filium hominis prædicauit, & negat Mariã theotocos.i.dei genitricẽ, ſed Chriſtotocon.i.Chriſti genitricem, & tertia ſynodus Epheſina ducẽtorum epiſcoporum ſub iuniore Theodoſio Auguſto, & ſub Celeſtino papa primo hunc Neſtorium iuſto anathemate condemnauit, oſtendens in CHRIſto manere duas naturas, & unam domini noſtri Ieſu CHRISTI perſonam.diſt.15 c.canones. & ꝙ Maria theotocos appellet̃. Et Boetius in de duabus naturis ſcribit cõtra eũ, & ſimiliter Theodorus ep̃s Ancyranus, ut dicit Gennadius: ſilr̃ cõtra eũ ſcripſit ſeptẽ libros de incarn.dñi Caſſianus presbyter, & itẽ Atticus Conſtantinopolitanus ep̃s.tp̃e Arcadij imperatoris, & Io. Antiochenus presbyter.&.C.de hæret.l.damnato portẽtuoſæ ſuperſtitionis autore Neſtorio, Nota cõgrui nominis eius inurat̃.i.imponat̃ gregalibus .i. his qui eum ſequũtur, ne appellatione Chriſtianorum abutant̃. Item dixit ꝙ natura humana & Chriſti ſe habebat ad uerbum ſicut templum quoddã, de hoc.4.li.cõtra gẽ. Et cõficiunt Neſtoriani in pane fermẽtato, & ſub utraqꝫ

ſpecie communicant ſacramentum euchariſtiæ paruulis & adultis: Hi peſſimi hæretici à multis doct. uel prædica toribus ab eorum hæreſi nunquã potuerunt nec adhuc poſſunt reuocari. Omnibus Chriſtianis in partibus orienta. ſunt exoſi & deſpecti, & eorum hæreſis eſt dilata ta per diuerſa regna.

Nepos epiſcopus erat in partibus Aegypti, Iudaico intellectu de futuris promiſſionibus ſentiebat, easq́ corporaliter exhibendas docebat, & mille annis in delicijs corporalibus in hac terra ſanctos regnaturos cum Chriſto, huiusq́ ſui dogmatis probamenta ſumptis ex reuelatione Io. teſtimonijs conabatur aſſerere, de quibus etiam libellos edidit interpretationes huiuſmodi continẽtes. Ideo Dioñ. Alexandrinus de repromiſſionibus ſcribens, ad hunc Nepotem ſtilum ſuæ intentionis conuertit. Euſebius libro. 7. cap. 22. Hinc Nepotiani tam turpis ſectæ imitatores uocati ſunt de quibus Rupertus Tuitienſis ſuper Apocalyp. 1. c.

Nicolaus de Calabria oriundus, ſed iñ Hiſpania conuerſatus tempore Innocẽtij. 6. Cuius primus error erat quod quidam magnus hæreſiarcha uocatus Gondiſſaluus de epiſcopatu Coxenſi oriundus erat dei filius in cælis æternaliter genitus, licet uideretur patrem & matrẽ in terris habuiſſe. Secundus error, quod talis Gondiſſaluus nunquam moreretur, ſed uiueret in æternum. Tertius, quod ſpiritusſanctus deberet futuris temporibus incarnari, & tunc ipſe Gondiſſaluus totum mundum conuerteret. Quartus, quod in die iudicij Gondiſſaluus oraret pro omnibus mortuis in peccato mortali & damnatis in inferno, & eius precibus liberarẽtur & ſaluarent. Quintus, quod in homine ſunt tria: Anima quam formauerat deus pater: Corpus q̃d formauit deus filius: & ſpiritus quem creauit ſpiritusſanctus, adducẽs illud: Formauerat deus hominem &c. Iſtæ hæreſes damnatę ſunt ſolenniter Barchinone per F. Nicola. Emerici & Arnoldum epm̃ Barchinonenſem.

Nicolaus Galecus epiſcop. presbyter Bohemus Thaborita & baccalaureus artium, unus de legatis Bohemorum ad concilium Baſilien. Hic Io. & Hieronymum Cõſtantiæ combuſtos, doctores catholicos affirmauit. Et ꝙ doctrina Vuicleff fuerit Pragæ examinata & uera catholicaq́; inuenta. Et dixit quod tempore nouę legis, nullus in iudicio ſit occidendus, inquantum poſſibile ſit, ad parcendum ſanguini humano, quia nouum teſtamẽtum nõ dictat. Cõtra iſtum arguit in concilio Aegidius Calerij, doctor theologiæ, decanus Cameracẽſis. Hęc ex actis cõcilij Baſilieñ.

Nicolaitæ aliàs Nicolaitani dicti à Nicolao diacono ecclesię Hieroſolymorum, qui cum Stephano & cæteris cõſtitutus eſt à beato Petro Act.6. Hic propter pulchritudinem relinquens uxorem, ut qui uellet, ea uteretur. Contra illud.32.q. Quos deus coniunxit, homo non ſeparet. Et uerſa eſt in ſtuprum talis conſuetudo, ut inuicem coniugia commutarentur. Quos Iohannes Apocaly.2. improbat, dicens: Hoc habes quod odiſti facta Nicolaitarũ, quæ & ego odi. Dixerunt enim, ꝙ omnia deberẽt eſſe cõmunia inter Chriſtianos, & finalem beatitudinem poſuerũt uoluptatẽ à Nicol'. corruptore ꝓpriæ carnis. De illo multa alia narrat Aug⁹ in de hære. & Clemens Alexandrinus in.3.lib. ſtromatum, quæ ſunt opera uarie contexta, de eo ſcribit: Hic uxorem habuit, & poſt aſcenſionẽ domini cum increparetur ab apoſtolis tanquam de zelotypiæ iniuria, productam in medio uxorem ſuam, ſiquis eam uellet habere permiſit. Ignatius in epiſtola ad Tral. Fugite illos immundiſſimos Nicolaitas amatoreſ libidinis, malos calumniatores: nam talis fuit apoſtoloꝝ miniſter Nicolaus. Et Hieron. in ep̃la de Fabiano Lapſo: Iſte Nicolaus diaconus, ita immundus quod etiam in præſepe domini nefas perpetrauit. Rubertus abbas Tuitienſis ſuper Apocal. Nicolaitæ portant uaſa domini, nihilominus incontinentes ſunt, non uolentes legitimum habere coniugium, utpote legibus eccleſiaſticis interdictum,

Imò & in deterius prorumpunt, mutātes connubia quoties uolunt: & qui nullum habent thorum licitum, dum ſic euagantur, nullum confidunt rupiſſe coniugij uinculum. Fornicātur aūt cum illis, & initiantur Beelphegor, quæcunq; exemplo taliū ad inceſta uel adulteria audaciores fiunt. Hiero. ad Cteſip. Nicolaus Antioc. omium immunditiarum repertor, choros duxit fœmineos.

Nyctages, à ſomno nuncupati, ꝙ uigilias noctis reſpuant, ſuperſtitionē eſſe dicentes iura temerari diuina, quę noctem ad requiem tribuūt, ut dicit Iſid. Contra hoc eſt illud pſal. Media nocte ſurgebam &c̄. & idē extra de cel. miſſ. c. 1. Mat. 27. Vigilate. & dicit Hieron. in epl'a ad Furiā de uiduitate ſeruanda: Ardentes diaboli ſagittæ, ieiuniorum & uigiliarum frigore reſtringendi ſunt.

Nouatiani, uel nouatianiſtæ, anno. 244. tempore Fabiani papę, & Philippi imperatoris & Decij, & ſm Euſe. de temporibus anno. 255. ſub Cornelio papa & Decio imperatore, à Nouato Ro. urbis presbytero exorti, qui aduerſus Cornelium cathedram ſacerdotalem conatus inuadere hæreſim inſtituit. 7. q. 1. ca. factus. & c. ſeq. Nouatianus. Defuncto enim papa Fabiano, electus eſt Cornelius ferę ab omibus Cardinalibus, poſtea Nouatianus à paucis eſt electus & intruſus, qui cœpit Corneliū moleſtare, & catholicos ep̄os deponere. Sic dicit Cyprianus in epl'a ſua, ꝙ Nouatianus eſt papa profanus, malus, & nullus, adulť, atq; extraneus ep̄s. Et noluit apoſtatas recipere, rebaptizans baptizatos, & in hoc cōuenit cum Donato, contra illud. 1. q. 7. cōuenientib. ubi dixit Baſilius epiſcopus Ancyræ, qui ab hæreſi reuertunť ad orthodoxam fidem, & traditionē catholicæ eccleſiæ, ſcripto negare debent hæreſim ſuam, & confiteri catholicam fidem. Contra ſecundum errorem ſcribit Tho. 4. contra gen. c. 7. & 3. parte q. 66. ar. 9. & Euſe. 6. lib. in multis ca. de Nouato mentionē facit: Hic lapſis ſpem uenię negauit, ꝙ de pc̄tis quæ hō cōmittit poſt baptiſmum ueniam conſequi non poteſt. Et Dion. ep̄s Alexandrinus ait: Nouatus Ro. eccleſię presby

ter, elatione quadã tumidus, ſpem penitus ſalutis eis adimebat, etiã ſi digne pœnituiſſent, ex quo & princeps hæreſeos extitit Nouatianorum, qui ab eccleſia ſeparati, ſuperbo nomine Catharos, id eſt, mundos ſe appellabant. Ob quam rem concilium ſacerdotale celeberrimum .60. epiſcoporum, contra eum tempore Decij in urbe Ro. celebratum eſt, ibiq; ſtatutum eſt à papa Cornelio, Nouatum cum ſuis ab eccleſia alienum eſſe. &c. 1. q. 1. c. Paulianiſtæ. dicitur Nouatiani eiſdem nominibus tremendis baptizant. Et cõtra Nouatianos ſcripſit Martianus eps apud Barchinonam, & Euſeb. epiſcopus Emiſſenus & Fetitius epiſcopus grande compilauit uolumen. Nota, pro ſolutione unius argumẽti de Cypriano: qui, ut dicit magiſter in. 4. diſtinctio. 5. dicit ab hæreticis non poſſe tradi baptiſmum, & eos eſſe rebaptizandos cum ueniunt ad eccleſiam, qui ab illis dicuntur baptizati. Ad hoc dicit Bonauẽtura quod Cyprianus hoc non dixit aſſerendo uel defendendo, ſed opinando, ideo non fuit hæreticus ſicut Nouatus, quia non erat in eccleſia determinatum. Præterea zelus fidei & deteſtatio hæreticorum, quæ multum uigebat in eo, faciebant ipſum ex humana infirmitate excedere, ideo uenialiter credendum eſt peccaſſe. Venialia autem ſecantur falce martyrij. Et glo. ord. Iohelis. 2. Nouatus & quidam alij hæretici, dicunt hominem poſt peccatum non poſſe per pœnitẽtiam reformari in priſtinum ſtatum: hic error planè deſtruit, cũ dominus intantũ recepit pœnitẽtes, ut uocet pplm ſuũ: Et aſſerat nõ cõfundendos, & ſe in medio eorum habitaturum, & eos nullũ aliũ habituros dominum. Glo. Leui. 13. In corpore lepram gerit, qui eccleſię detrahit ſicut Nouatiani, qui nuptias damnant, & peccantibus auferunt pœnitentiam.

OCtauianus filius Iohãnis maledicti, contra papã Alexãdrum ſchiſma mouit & fouit, uocatus fuit uictor & hæreſiarcha, & uixit annis nouẽ & menſibus ſeptẽ. Et facta eius damnant extra de ſchiſ. ca. 1. Cui ſucceſſit Guido: de illo Octauiano dicit gloſſ. ſuper uerbo

ſchiſmate.extra de elect.c.quia.qui contra Alex.erat, & Aquilegieñ.patriarcha tunc ſchiſmaticus erat.Et ſm Hierony. ſuper epiſt.ad Gal. Nullũ ſchiſma eſt,niſi ſibi aliquam confingat,ut recte ab eccleſia receſſiſſe uideat.

Olipius Arrianus eps apud Carthaginem, qui cum in balneis ſanctiſſimã trinitatẽ blaſphemaret,trib⁹ igneis fulminibus ab angelo uiſibiliter miſſis,miſerabiliter decidit,& eius cadauer penitus exuſtum eſt,ut refert Iacobus Philippi ordi.heremitarum.9.lib. ſupplementi chroñ. & hoc anno domini.505.

Ophitæ à colubro nominati ſunt:coluber enim græce ophis dicitur. Colunt enim ſerpẽtem, dicentes ipſum in paradiſo induxiſſe ueritatis cognitionem uel maledictionem,ſed male dicunt:quia de pœ.diſt.1.dicit, Serpẽs decepit me & manducaui.Hunc colubrum Chriſtum arbitrant:habent etiam uerum colubrũ,quem nutriunt & uenerant: qui & incantante ſacerdote, egredit de ſpelũca, & oblationes eorum lambit, & aſcendit ſuper altare innixum ſpeluncæ,& poſt hoc deuoluens ſe circa oblationes,regredit ad ſpeluncã,& ita confringunt oblationes in eucharistiam, quaſi à ſerpente Chriſto, ut illi putant, ſanctificatas.Tradunt huius ſerpentis cultum à Nicolaitis ad iſtos deductũ.Sed diſt.63.c.quia ſancta,dicit: ꝙ Ezechias fregit ſerpẽtem æneũ,ideo quia ipſe populus colere & uenerari eum cœperat , ideo deſtruxit. De Ophitis C.de hære.& Hiero.aduerſus Lucife. Ophitæ ſunt de his qui euangelia laniarunt.

Orphani,notat Io.Nider in.3.li.form.ꝙ erant tres principales ſectæ hæreticorum in Bohemia,uidelicet Pragen. q tolerabiliores erãt:Orphanorum & Thaboritarum,qui peſſimi erãt,incendebãt ecclias & monaſteria. Nihil de imaginib⁹ ſanctorum & ornamẽtis eccliarum tenebãt,oĩa deſtruxerunt tanꝗ illicita.Sacerdotes & religioſos gladio occiderũt:cũ chriſmate & ſancto oleo calceos ſuorum pedũ inunxerunt. Tanta cæcitate ſunt percuſſi,ut una ſecta aliã inuaderet,& uictrix uictã occideret,hæreticus hæreticũ.

Sub utraq; ſpecie cōicabant ſine præuia ſacramētali con feſſione, & ſuam perfidiā armis defendebant. De his Orphanis in de origi. Bo. c. 48. dicit: Hi poſt Ziſſam ſe à Thaboritis ſeparauerunt, inter quos potior hæreticus Procopius eſt habitus: & ideo ſic uocant: qa Ziſſa mortuo ingens mœror inuaſit exercitum, quaſi eſſent orphani, duce mortuo, quē putabant inuincibilē. Thaboritæ itaq; in duos exercit⁹ diuiſi ſunt, alij uetus nomē retinuere, alijs Orphanoꝝ, ob mortem ducis inditū nomē. Hi Orphani Morauiam uicinasq; regiones aſſiduis incurſibus infeſtabant. Q̃uis hæretici inter ſe diſcordes, tñ concordes contra Iudam pugnabant, & propter deceptorum prædam quidā inter ſe diſcordant, de una hæreſi duas faciunt. De quadam extirpatione Orphanoꝝ & Thaboritaꝝ recitat Pius. II. de orig. Bo. c. 55. ꝙ Mainardus catholic⁹ & nobil', quoddam bellum prætendebat agere, & ad eam rem neceſſarios fore eos putabat, qui ſub Procopijs militaſſent, & omnes qui ſtipendia facere uellent in horrea ſeſe ꝓxima reciperent. Cauerēt ne rudes inexpertosq; belli ſecū admitterent. Introierunt in horrea pleraq; Orphanoꝝ & Thaboritarum milia homines nigri ad ſolem & uentum indurati, aſpectu tetri atq; horribiles, & qui circa fumum in caſtris uixiſſent aquilinis oculis, impexo crine, corporibus proceris, membris hiſpidis, cute adeo dura, ut ferrum quaſi lorica repulſura uideret. Clauſa ſunt cōfeſtim horrea, & ignis immiſſus horreis, ꝗ fēx illa & colluuies hoīm ignominioſum agmen, poſt multa quæ patrauerat ſcelera, exuſta, contemptæ demum religionis pœnas dedit.

Orantes hæretici, orti ſunt tpe Valentiniani imperatoris: hí coincidunt cum Meſſalaneis. De his & eoꝝ principibus, uide ſuprà in Meſſalaneis. Sed uerā cauſam huius hæreſis ſ̄m Aug. & Epiphaniū, quære infrà in Pſallianis. De quibus dñs prędixit Matt. 12. Qui deuorant domos uiduæ pro obtentu prolixæ orationis.

Orebitæ, de his ſcribit Aeneas Syluius de origine Bo.

ca.43.dicens: Fuit & alia in Bohemia hæreticorum factio fratrum Orebitarum appellata, quæ territorium Græcē ſe uicinaſq; gentes magnis affecit cladibus, peſtifera atque immanis, neque Thaboritarum crudelitate ulla ex parte inferior. Aduerſus quam Martinus quintus pontifex maximus nominatim crucem decreuit, neq; tamen in plures annos extirpari potuit. Huius ſectæ homines quoties ſacerdotes noſtros intercepere, aut igne cremauerunt, aut nudos rigente hyeme ſuper glaciem colligatos dimiſere, quos parui momenti exiſtimarunt, deſectis uirilibus abire permiſerunt.

Origenarij uel Origeniſtæ, ab Origene autore exorti ſunt anno fermè.224. tempore Macri Antonij quarti, & Vrbani papæ.1. Alexādriæ, dicens: quod non poſſit uidere filius patrem, animas quoq; in mundi principio peccaſſe dicunt, & pro diuerſitate peccatorum è cælis uſque ad terram diuerſa corpora quaſi uincula meruiſſe, eáque cauſa factum mundum. Item dicit Origenes, quod uerbū dei nō ē deus eſſentialiter, ſed participatiue, & ꝙ ſpūſſanctus eſt creatura facta ꝑ uerbū dei, & ꝙ aīa Chriſti cū alijs ſpūalib⁹ creaturis fuit creata ante corpora, & ꝙ btitudo terminabiť, & ꝙ pœna dęmonū & alioꝝ dānatoꝝ terminabiť. Io. Dama. li.2.c.1. Quo igiť pacto tūc mille annoꝝ reſtitutionis Origeniſtaꝝ numerabiť tempus? Et Hiero. in epl'a aduerſus blaſphemias Vigilan. Origenes hæreticus quid ad me, qui illum in pleriſq; hæreticū non nego. Et idem ad Auitum: Vbi ea quæ in libris periarchon Origenis contra fidem catholicam ſunt pandit, quia abſona dixit de filij & ſpūſſancti inæqualitate, & quod dęmones poſſunt ſaluari in fine, quia habēt liberum arbitrium, & quod homines pro magnitudinę ſtultitiæ poſſunt cōuerti in bruta, potius in aquis eligētes uiuere quā in pœnis. Ignē & tormenta gehennæ non ponit in ſupplicijs, ſed in cōſcientia peccatorum &c̄. Et idem ad Pammachium & Oceanum de erroribus Origenis. Venenata ſunt illius dogmata, aliena à ſcripturis ſanctis: & ſi mihi creditis,

Origeniſtes nunq̃ fui, putant me ſuum eſſe ſymmyſtē.i. ſecretariū, & reprehendit illos qui dicūt quod libri Origenis ſint uitiati per hæreticos, ſed quod Orig. per ſe errauit. ergo di.15. ſancta Ro. dicit: Origenis nōnulla opuſcula, quæ uir b. Hiero. nō repudiat, legenda ſuſcipimus, reliqua aūt omnia cum autore ſuo dicimus eſſe renuēda. Tho.1. parte q.34. Origenes fuit fons Arrianoꝝ. Idem dicit Hiero. & Epiphanius. Origeniani illius Origenis qui & Adamantij, qui corpoꝝ reſurrectionem negant, Chriſtum & ſpm̄ſanctum creaturā dicunt, paradiſum & cęlos & alia non credunt eſſe ſm̄ literam, ſed in allegoria. Et glo. Iere.13. Manichæus dicebat, quod quidā angeli paſſi ſunt pro redemptiōe dæmonum, & poſt iudicium portas inferni claudi, & nullum ibi puniri, q̊d Origenes ſentire uidetur, quod friuolum eſt. Et Methodius cōtra Originē ſcripſit, & Haymo recitat errores eius. Et poſt mortem Origenes damnat̃ in quinta ſynodo Conſtantiñ.

FINIS SECVNDI LIBRI.

LIBER TERTIVS,

qui eſt ſuperioris catalogi appendix.

IN multiplicatione impiorum multiplicabūtur ſcelera, & ruinas eorum iuſti uidebunt, Prouerb. 29. Liquide patet in libris Machab. ubi multiplicatis impijs ad ritum gentilium declinauit populus, & in noua lege ſcelerati hæretici indies iniquitatis funiculos extēdunt. Lappæ enim & tribuli & infelix lolium, & ſteriles dominant̃ auenæ: ſed iuſti doctores dum hæreticoꝝ argumēta, quibꝰ ſua ſcelera defendere nitunt̃, eccleſiaſtica diſciplina redarguūt, eoꝝ ruinas & exterminia uidebūt, & ſic in multitudine iuſtoꝝ lętabit̃ uulgus, tūc eñ clarior & glioſior ecclia remanere ſo-

let. Iſaiæ. 27. In die illa uinea cantabit ei, ego dominus qui conſeruo eã. Extirpatis enim erroribꝰ, ueritas agnoſcitur, & agnita feruentius cuſtoditur. Dum enim arator uomeris ſciſſione camporum ſentes eruit, terra accepta ſemina in ſegetem producit. Maximo itaq; opitulante deo, lector amantiſſime, themati noſtro ſatisfeci, trecentas uulpes capiendo, quæ agro Dominico & uineæ domini ſabaoth incendia intulerunt, ſed in terra qua Samſon uulpes cepit, uulpes abundãt, & in eccleſia militante homines uulpini in peius proficiunt. Extendi itaque rete noſtrum & alios hæreticos ultra. 300. apprehendi hoc ordine, ut in capite libri primo occurrat Porphirius maledictus & perditioni deditus, cuius doctrina eſt falſa, uita iniuſta, mors quoq; nefanda.

Porphirius philoſophꝰ Atheñ. Origenis laudator, amicus imperatoris Iuliani, eiuſq; ſectæ, nominis Chriſtiani acerrimus perſecutor & hoſtis, multas blatterationes contra orthodoxam fidem ingeſſit: Libros Iuliani aliis operibus præpoſuit, uitam ſummi philoſophorum Socratis lacerauit. Hic in Cæſarea Palæſtinæ à quibuſdam Chriſtianis cæſus, iracũdiam non ferẽs, Chriſtianitatem deſeruit. Et eum Euſebius Pamphili redarguit, & dicit in quarto libro de euangel. præparatione, quod Porphirius maxime dæmonibus amicus fuit, & multa noſtris temporibus aduerſus nos conſcripſit mendoſiſſime, & omnium deorum & dæmonum falſitatem defendiſſe uidetur. Item librum de abſtinentia à carnibus conſcripſit, & ſceleſtiſſimam brutorum etiam animalium cędem, & dæmonibus duntaxat eſſe ſacrificandum. Et ſeptimo libro hiſto. tripar. cap. 2. nec intellexit de quibus affirmauit, & dæmonibus magnam malitiam naturaliter dixit ineſſe in epiſtola ad Anebriotem, ut recitat beatus Thomas. 3. contra gen. & teſte Euſebi. 6. libro c. 17. multos li. contra Chriſtianos fecit. & Ruffinus Aquilegieñ. in ſecundo libro ad Apromanum dicit Porphiriũ damnatũ. Et glo. ſuper illud Iohelis. 2. Effundam

ſpiritum meum, dicit: Quidam dicunt apoſtolicæ eſſe cõſuetudinis, ut quicquid utile audientibus & non repugnare præſentibus de teſtimonijs alterius temporis cõfirment, non ut audientium abutantur ſimplicitate & imperitia, ſicut mentitur Porphirius. Et Iſai.3. dicit glo. Caueamus ne ſimus exactores in populum, ne iuxta impium Porphiriũ matronæ & mulieres ſint noſter ſenatus quæ dominentur in eccleſijs, & de ſacerdotali gradu fauor iudicet fœminarum. Et C. de hære. l. damnato. Porphiriani à Porphirio nuncupantur, ut cuius ſcelus ſunt in deferendo deum imitati, eius uocabulum iure uideantur ſortiti. Methodius aduerſus Porphirium ſcripſit libros luculentos. Item Apollinaris Laodicen. Syrię epiſcopus. 30. lib. cõtra Porphiriũ reliquit, & Ammonius Alexa. uſq; ad extremam uitam perſeuerauit cõtra Porphirium, q eum falſo accuſat quod ex Chriſtiano ethnicus fuerit factus. Glo. ſuper illud Prouerbiorum. 2. Impij de terra perdentur, qui. ſ. ad eccleſiam dei uidebantur ꝑtinere, auferuntur iuſto dei iudicio eccleſiæ, ut Porphirius. Porphirius à Porphirione aue immunda, & in lege Leuit. 11. Comedi prohibita, dicitur: Serpentes enim cõedit. Et Hieronymus in prologo in Hierem. Porphirius calumniam inſtruit eccleſiæ, ſuam oſtendens imperitiam, dum euangeliſtam Matthæum arguere nititur falſitatis.

Paterniani à Paterno nuncupati, qui inferiores corporis partes à diabolo factas opinantur, & ut dicit Auguſtinus: omnium ex illis partibus flagitiorum licentiam tribuentes impuriſſime: hos etiam Venuſtianos quidam uocant, & contrarium habetur Gen. primo, & de conſe. di. 5. cap. naſci. dicitur: Noli deſpicere bonitatem figuli, id eſt, dei, qui te plaſmauit & fecit. De hac hęreſi meminit Cyprianus in expoſitione ſymboli apoſtoloꝝ.

Parmenianiſtæ, qui & Donatiſtę, & contra epiſtolam Parmeniani Auguſtinus tres libros ſcripſit, & idem in ſerm. dominicæ. 1. poſt octauã Paſchæ: Superbia Donati

fecit ſibi partem ſubſequentem, cum Parmenianus illius confirmauit errorē, nam iſte Parmenianus eps̄ Donat. apud Cart. erat ſucceſſor Donati.

Parmenianus ſcripſit epiſtolam ad Tyconium Donatiſtam, quod eccleſia non ſit in toto orbe diffuſa, & quod in communione ſacramentorum mali contaminant bonos, & quod à ſolis ſanctis hominibus accipienda ſunt ſacramenta.

Patripaſſiani, qui patrem paſſum dicunt, ſecundum Iſid. & concordant cum Neotianis. Auguſt. in.2.ſer.dominicæ poſt feſtum triñ. Sabelliani, id eſt, Patripaſſiani, dicunt, unus eſt deus pater & filius, quoniam qui pater, ipſe & filius: Nam ſi aliter dixerimus, diceremur multicolæ. Cyprianus in expoſitione ſymboli apoſtolorum: Cōſtat apud nos additos duos ſermones, ſcilicet inuiſibili & impaſſibili hæreſeos cauſa. Sabellij illius profecto, quæ à noſtris Patripaſſiana appellatur, id eſt, quæ patrem ipm̄ uel ex uirgine natum dicit, & uiſibilem factum uel paſſum affirmat in carne. Patripaſſiani enim quæ filio attribuimus, patri aſcribunt.

Paſſagerij uel Paſſageni. Patareni uel Paterini. Iſti hæretici Romæ in cœna domini excommunicantur, & ſimiliter extra de hæret. capit. excommunicamus. Greg. nonus eoſdē excōmunicat, & tenēt ſectas Catharorum uel Catherorum. Et dicit ibidem Iohannes And. quod forte iſti ſic nominati ſunt à nominibus adinuentium iſtas ſectas. Et ex concilio Lateranenſi, quia in partibus Tholoſanis hæreticorum, quos alij Patarenos, alij Gazaros, & alij alijs nominibus uocant, inualuit damnata peruerſitas, & hos & defenſores & receptores eorum anathemati decreuimus ſubiacere. Patareni hæretici dixerunt hominem in ſtatu coniugali non poſſe ſaluari, ſicut & Taciani & Martiani, contra quos dicitur prima ad Timotheum quarto, quod in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide: attendentes doctrinis dæmo-

niorũ in hypocriſi loquentium mendacium, prohibentiũ nubere &c.

Papianiſtæ, iſti ſunt de ſecta Manichæorũ, ponentium duo principia cõtraria, qui nominant C. de hær.

Pattalorinchitæ, intantum ſilentio ſtudent, ut naribus & labijs ſuis digitum apponant, ne & ipſam taciturnitatem uoce præripiant, quando tacẽdum ſibi eſſe arbitrantur. Vnde etiam illis eſt nomẽ inditum quod palus. Cur autem per palum digitum ſignificare maluerint, à quibus hoc nomen compoſitum eſt neſcio, & poſſent utiq; dactylorinchitæ multo euidentius appellari, ut dicit Auguſt. de hære.

Patritiani, à Patritio nuncupati, & ſunt diſtincti à Paternianis, & ſubſtantiam carnis humanæ non à deo, ſed à diabolo conditam dicunt, eamq; ſic fugiendam & deteſtandam dicunt, ut quidam eorum prohibeantur, etiam morte ſibi illata carne carere uoluiſſe. Hæc Auguſtinus ut ſupra. Idẽ dicit Philaſter. Hæc hæreſis repugnat ueritati incarnationis dominicæ, quia ſi caro eſſet opus conditum à diabolo, nunquam filius dei aſſumpſiſſet carnem humanam.

Praxiani, à Praxea, quos alij uocant Sabellianos, eadem ſentientes cum Sabellianis & Hermogenianis, in Africa fuiſſe dicuntur, nec tantum iſtę plures ſectæ ſunt, ſed unius ſectæ plura nomina ex his nominib[9], qui in ea maxime uiguerunt, ut dicit Aug. ut ſup.

Pauliani uel Pauliniſtæ C. de hæret. uel Paulonitæ, fuerunt anno. 265. ſub Dionyſio Papa, & Valeriano & Galieno, à Paulo Samoſetano exorti ſunt. Hic Paulus fuit epiſcopus ab orthodoxa fide turpiter diſcedens, quære ſupra in Fotiniano, hic ſuſcitauit hæreſim Artemonis, & negauit dei filium de cælo deſcendiſſe, & dixit non fuiſſe Chriſtum ſemper, ſed à Maria ſumpſiſſe initium, contra illud Michee quinto: Ex te egredieẽ qui ſit dominator in Iſrł. & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis: Et fuit de Antiochia, cuius doctrina per-

uerſa,ſurrexit contra pietatem eccleſiaſticam: Et Chriſtum purum hominem confirmauit, idq́; antiquitus ab ipſis etiam apoſtolis traditum fuiſſe mentitur, ut dicit Euſebius.5.libro.cap. 27. ideo ſynodali omnium epiſcoporum iudicio ab eccleſia pulſus eſt,ut dicitur quinto libro hiſtor.tripar.cap.4. Et contra hunc Paulum.ſ.Melchion Antioc. fortiſſime diſputauit,& Dion. Alexand. urbis epiſcopus contra eundem inſignem epiſtolam ſcripſit.prima quæſtione primo capit.Paulianiſtæ. In nomine patris & filij & ſpiritusſancti minime baptizant.Glo. quia dicebant non ſemper fuiſſe Chriſtum,&c. ſiquis cõfugerit ad eccleſiam de Paulianiſtis & Cataphrygis,ſtatutum eſt rebaptizari eos omnino debere: In iſtius Pauli locum Antiochenæ eccleſiæ .16. ordinatur epiſcopus Dominus ſecundum Hiero.

Paulini,iſti hær.ponunt diſtincti à Paulianis.C.de hę. & ſunt Manichæi Hier.ad Dama. Paulinum ignoro,qui Chriſti non eſt,Antichriſti eſt.

Papias Hieropolitanus in Aſia epiſcopus, fuit autor hæreticorum Millcariorum, ut dicit Helinandus in ſua chronica,de hoc quære ſup.in Chiliaſtis.Et Hierony.de uiris illuſt. Hic dicitur mille annorum,Iudaicam deuteroſim edidiſſę,quem ſecuti ſunt Irenæus, Apollinaris & cætera,qui poſt reſurrectionem aiunt in carne cum ſanctis dominum regnaturū.

Pauperes de Lugdu . uel Inſabbatati nuncupantur Valdenſes,horum hæreſis incepit anno.1218.ſub Ludouico quarto,& in cæna domini excommunicantur.& extra de hære.capit.excommunicamus.& Anton.4 .parte titu. 11.cap.ſeptimo,& Nicolaus Emerici in libro inquiſi.ponunt eorum hæreſes, & dicunt quod in nullo caſu licet iurare,etiam dicendo ueritatem. Nõ licet iudicem occidere,etiam malefactorem. Itemq́; quod bonus non poteſt ſaluari tenendo fidem Rom.eccleſiæ.Et quod malus ſacerdos non poteſt conſecrare, & quod eccleſia defecit tempore Syluestri. Itẽ quod ipſi non ſunt ſubiecti

Rom̃ pon.nec aliis prælatis, nec tenenť eis obedire, & ꝙ indulgentiæ nõ ſunt alicuius ualoris. Item ꝙ nullus põt cõſecrare niſi ſit de ſecta eoꝝ, & ꝙ in ſacramento altaris panis non tranſubſtantiať in uerũ corpus CHRISTI, ſi ſacerdos ſit malus, & ꝙ om̃is uir & mulier de ſecta eorum eſt ſacerdos, negant purgatorium, & q̊d miſſę, eleemoſyuæ, orationes, & ſuffragia ꝓ defunctis nihil ꝓſunt, negant miracula ſanctoꝝ, & ꝙ ſancti in cælo non exaudiunt orationes noſtras, nec pro eorum reuerentia feſta debẽt celebrari, & nullã orationem admittũt niſi pater noſter. Vnde Valdo autor eoꝝ Lugd. ciuis, cum̃ diues ad modum haberetur, opibus relictis & pauperibus erogatis, diabolica quadam ſuaſione ductus euangelicam pauꝑtatem omnimode obſeruare ſtuduit. Vtiq; cum idiota eſſet, quoſdam uulgares libros cum quibuſdam ſanctorum dictis ſibi conſcribi fecit, quos non ſane intelligens ſuo inflatus ſpiritu prædicando apoſtolorum officium ſibi uſurpauit. Congregatis itaq; multis diſcipulis, peſſimos errores ſeminare cœpit, prælatos & clerum aſpernando, monitus aũt reſpondit, obedire deo oportet magis quàm hominibus. Et cum obduratus perſiſteret uelut hæreticiſſimus & contumax, anathematis uinculo innodatus, patria propellitur. Quæ res facta eſt in laqueum magnum & ſcandalum magnum ſimplicibus, adhuc in multis locis hæc fatuitas uiget. Hic attende quod olim fides catholica per potentes principes, per argutos phõs, per ſubtiles hæreticos fuit impugnata, dieb. autẽ iſtis per uiliſſimos idiotas & laicos pauperrimos tribulabatur.

Pepuſitæ aliâs Pepuſiani, iſti ſunt Montaniſtæ uel Phryges. C. de hære. & dicit Auguſti. de hære. quod dicunt Quintillæ et Priſcillæ in eadem ciuitate Pepuzâ CHRISTVM in ſpecie fœminæ reuelatum, et quod Pepuſiani à loco quodam nominati ſunt, quam ciuitatem deſertam dicit Epiphanius. Hanc autem iſti diuinum aliquid eſſe arbitrantes, Hieruſalem uocant, tantum dana-

tes mulieribus principatum, ut ſacerdotio quoq; apud eos honorentur, quære infra in Quintil. Beatus Thomas tertia parte, quæſtione. 74. à princip. Cataphrygæ & Peputiani, de infantis ſanguinem, quem de toto corpore eius ex minutis uulneribus punctionum extorquent, quaſi euchariſtiam conficere perhibent, miſcēdo eum farinæ, panemq́; inde facientes.

Petrus Dreſenſis de oppido Miſnæ ſuper Sitium, attulit nouam peſtem Bohemis, ut dicit Aeneas Syl. cap. 35. de ori. Bohe. Hic Valdenſi lepra infectus, patria pulſus, uelut hæreticorum aſylum Pragam repetīt, puerorūmque docendorum curam ſuſcepit. Hic ſua perſuaſione introduxit ritum communionis ſub utraque ſpecie quoad laicos. Et Iacobellus quidam Miſnenſis, ex uetuſtis ſanctorum doctorum, ſancti Dionyſīj & Cypriani codicibus communionem calicis laudatam inuenit, & dicto Petro hæretici conſenſerunt.

Petrus de Anglia, patria profugus, magiſter artium, Huſſita, unus de legatis Bohemorum ad concilium Baſilieñ. inter cætera, dicta Vicleff ſaluanda eſſe ait, ſolis elenchis in diſputatione confidens. Sed ut dicit Hieronymus ad Theophilum Alexandrinum: Fides pura & aperta confeſſio, non quærit ſtrophas & argumenta uerborum. Contra hunc Petrum frater Iohannes de Turrecremata Cardinal. ſcripſit tractatum de efficacia aquæ benedictæ.

Petrus de Luna probatur eſſe hæreticus, ſchiſmaticus, temerarius, ſcādaloſus, ſacrilegus, notorie & publice erraſſe contra cathol. & euangelicam ueritatem ſuper poteſtate & autoritate eccleſiæ. Et Io. Gerſon fecit duos libros, in quibus articuli generales & ſpeciales dicti Petri ponuntur, & uipera nuncupatur.

Petrus quidam hæreticus & alius Petrus, ex quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculauit, ut dicitur diſtinctione decimaquinta: Sancta Romana.

Hunc Petrum Alexandrinum ſimiliter & Agatium Cõſtãtinopolitanum ob hæreſim eutichianam Simplicius Papa damnauit, & hic Petrus in locum Pauli hæretici Conſtantinopoli ſufficitur, cuius quidem literę Romam miſſę ſunt, duas operationes & uoluntates in Chriſto negantes.

Petrus Conſtantinopol'. ex Africa Romam ueniens, qui fidem ſuam priſcam libello in clero lecto damnauerat, permiſſus eſt à Theodoro Papa primo ſacramenta in populo erogare, & cathedra ei poſita iuxta altare iuſſus eſt ſedere, honorante eum ut regię ciuitatis epm: ſed quia rediit ad hæreſim, damnatus eſt ipſe. Hæc ex libro actorum ſummorum pon.

Petrus Gnapheus poſuit in diuinis quatuor perſonas. Dicit enim Io. Damaſ. libro tertio cap.10 hanc additionem in triſagio ab inſano uanæq; ſentienti Petro Gnapheo factam diffinimus blaſphemiam eſſe, ut quartam inducentem perſonam, & ad patrem ponentem dei filium, patris ſubſiſtentem uirtutem, & ad patrem eum qui crucifixus eſt ut alium exiſtentem præter fortem deum aut paſſibilem factum, trinitatem glorificantem, & cum filio patrem & ſpmſanctum crucifigẽtem, faceſſant hæc blaſphemiæ aſcriptitiæ nugæ.

Petrus Iohannis diœceſis Biranenſis in poſtilla ſua ſuper Apocalypſim, & ſuper Matthæum, poſuit multas hæreſes, quæ poſtea autoritate Papæ & conſilio multorum magiſtrorum in Theolog. ſunt ſolenniter in curia Romana cõdemnatę. Ipſe enim per Babylonem meretricem magnam, intelligit uniuerſalẽ eccleſiã Rom. militantem, quam uocat eccleſiam carnalem & beſtiam & ſynagogam ſatanæ. Per myſticum Antichriſtum, intelligit Papam, & quod omnes abbates quinti temporis cõueniunt in quintũ caput beſtiæ, quæ eſt diabol' ac Antichriſtus & congregatio malorum, & ſic de aliis hęreſibus quas ponit Nico. Emerici in lib. inqſitiõ. Et de mandato Clementis ſexti Petrus Iohannis exhumatus fuit, &

hæreticus poſt mortem declaratus, & oſſa eius cōbuſta.

Petrus Abailardus, pretium redemptionis euacuauit, & ab Innocentio.II.damnatur tempore Lotarij ſecundi anno.1134.Et dixit ꝙ deus nō poteſt facere niſi quæ facit propter ordinem iuſtitię & ſapientiæ eius, uel quia agit ex neceſſitate naturæ.Deum non eſſe dixit autorem oīm bonoꝝ: & ꝙ deus non uideť per eſſentiam à beatis: & qđ in deo ſit compoſitio: & ꝙ aliquid præter deum ſit æternum: & ꝙ aliquid ſit quod non eſt creator nec creatura: & ꝙ angeli aliquid creent, & ſic de alijs erroribus q̊s ponit F.Petrus de Pergamo in tabula circa opa b.Thom.q̊s errores idem Tho.in diuerſis locis reprobat. Hic Petrus īmpugnatus à ſancto Berñ.& reſponſurus de iuſtitia, ue ritus audientiā ſedis apłicæ appellauit: & ſic euadens nō multum poſt Cabilone obijt. Et Anſel. Cantuarieñ. eps contra eundē epłam ſcripſit, quæ incipit: Dominis & patribus & fratrib.oib.catholi.&c.Contra eiuſdē hæreſes S.Berñ.ſcripſit librum ad Innocen.papam. Et dicit Bernardus: Hō eſt magnus in oculis ſuis de fide contra fidē diſputans, ſcrutator maieſtatis, hæreſum fabricator.

Petrus Olerij in ciuitate Barchinona de Maioricis oriundus, cum quibuſdam complicibus, uidelicet Durando Gundenſi, Guilhelmo Gilberti, & Valentino, tpe.Io.22. poſuit multas hæreſes.Et tandem Barchinonę per F.Bernardum de Podio inquiſitorem, cum epiſcopo Barchin. iſtæ hęreſes fuerunt condemnatæ, & ipſe condemnatus.

Petulianus Donatiſta Conſtantieñ.epiſcopus, qui dixit quod intra Donatiſtas clauditur eccleſia, & quod eccleſia perijt de cætero mundo, & in parte Donati in ſola Africa remanſit: & ſcripſit librum de communi baptiſmo, & multa falſa poſuerat: & quod Iudas & alij ſimiles qui ſe pro peccato interimunt, debeant martyres reputari, eo quod puniunt in ſe quod dolēt commiſiſſe, q̊d reprobat Aug⁹ in libro contra Petul.de hoc.24.q 5.tu dī xiſti.Laqueo.traditor perijt, laqueum talibus dereliquit, hoc ad nos omnino non pertinet, q ſibi collū ligauerūt.

Contra ipſum ſcripſit Auguſtinus libro de unico bap.& contra epiſtolam Petuliani ſcripſit tres li.& ad longum loquitur de pertinaci latratu hæreticorum Afrorum cõtra uniuerſalem eccleſiam.Alij errores ponuntur.1.q.1.c.dñs.ſ.ꝙ mali ſacerdotes non cõferant uera ſacramẽta, & ꝙ immunditia maloꝝ obeſt bonis.Itẽ:Petulantius hæreticus uidebat ſibi ipſi tam ſanctus eſſe,ut orationẽ plebis pro ſe non neceſſariam iudicaret.

Prædeſtinati hæretici,orti ſunt ſub Honorio imperatore & Zozimo Papa circa annum domini.414.Et dicũt nihil prodeſſe ad uitam quod ſancti uirtuoſe agunt.Sigibertus:Prædeſtinatorum hæreſis hoc tempore cœpit ſerpere,qui ideo Prædeſtinati uocãtur, quia de prædeſtinatione & diuina gratia diſputantes, aſſerebant quod nec pie uiuentibus proſit bonorum operum labor, ſi à deo ad mortem prædeſtinati fuerint, nec impijs obſit ꝙ improbe uiuant,ſi à deo prædeſtinati fuerint ad uitã.Quæ aſſertio & bonos à bonis auocabat, & malos ad mala prouocabat.

Pelagius & Cœleſtius & Iulian⁹ anno.399.ſub Arcadio imperatore & Anaſtaſio Papa. Ab his peſſima hæreſis Pelagiana orta eſt.Hieronymus dicit quod Pelagius Brito poſt Arrium ſucceſſit, & in oriente in Syria Palæſtinæ Pelagius à quibuſdam catholicis ad temporalia uel epiſcopalia eſt perductus,& monachus exiſtens è Roma in Angliam proficiſcens, inſulam illam omnẽ execrabili infecit errore. Dicit enim hominem ſine gratia poſſe mereri dei gloriam,& iuſtificationis noſtræ initium ex nobis eſſe. Hic ſolus fuit inimicus gratiæ. 23. quæſtione quarto: Nabucho.Cum in bonis uoluntas ſic intelligenda,non eſt ſine gratia, in malis autem uoluntas intelligenda eſt ſine gratia. Hi etiam dicuntur Cæleſtiani.Auguſtinus in primo libro retract. noui hæretici Pelagiani, liberum ſic aſſerunt uoluntatis arbitrium, ut gratiæ dei non relinquant locum, quam ſecundum merita noſtra dari aſſerunt.Et gloſſa ſuper illud Eccleſiaſt.29.Gra-

tiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris, dicit: Hæc ſententia Pelagium reprehendit, qui liberum arbitrium gratiæ prę ponit, cum per ſolam gratiam liberentur electi. Contra Pelagium celebratum fuit Carthagine concilium ducentorum &.18. patrum, ſimiliter in concilio Miliuitano tempore Innocen.1. damnatus eſt. Et Hieronymus: Pelagius ſeculi gladio & totius orbis autoritate eſt damnatus. Et contra eum Auguſtinus ſcripſit hypognoſticon continētem ſex libros. Et dicit Beda primo libro de geſtis Anglorum capit. decimoſeptimo, quomodo Germanus & Lupus epiſcopi contra illam hæreſim militarunt. Et dicit Conſtantinus presbyter ſcribens ad Patientem Lugd. quod dum Germanus iret in Angliam ob hæreſim confutandam, in uia tres mortuos ſuſcitauit. Item dicunt Pelagiani uel Pelagianiſtæ, baptiſmum & orationes eccleſiæ irritas, & peccatum originale negāt. Auguſt. Pelagianorum hæreſis hoc tempore omnium recentiſſima à Pelagio monacho exorta eſt. Deſtruunt enim orationes quas facit eccleſia ſiue pro infidelibus, & doctrinæ dei reſiſtentibus, ut conuertantur ad deum, ſiue pro fidelibus, ut augeatur eorum fides & perſeuerent in ea. Ipſum Adam dicunt etiam ſi non peccaſſet fuiſſe corpore moriturum, non merito culpę, ſed conditione naturæ. Et Innocentius Papa primus aduerſus Pelagianos ſcripſit decretum, quod ſucceſſor eius Zozimus ampliauit, & magiſter in ſecundo ſententi. diſtinctione 28. & ſimiliter Gennadius ſex libros ſcripſit.

Philumena uirgo quam Apelles hæreticus comitem ſuarum habuit doctrinarum. De qua ſic Hieronymus ſuper primū capitu. ad Galatas: Eleganter in hoc loco inquit uir doctiſſimus Tertullianus aduerſus Apellem & eius uirginem Philumenam, quam angelus quidam diabolici ſpiritus & peruerſus impleuerat, hunc ſcribit eſſe angelum cui multo antequam Apelles naſceretur ſpiritusſancti uaticinio ſit anathema per apoſtolum prophetatum.

Philetus, hic negauit futuram reſurrectionem corporalem, & omnia quæ in ſcripturis leguntur de reſurrectione, ad reſurrectionem ſpiritualem referre conabaẗ, ſecundum quod aliqui à morte peccati reſurgunt, quod reprobatur.2.Tim.2.profana & uaniloquia deuita, multum enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum ut cancer ſerpit. Ex quibus eſt Hymenæus & Philetus, quia à ueritate fidei deciderunt, dicentes reſurrectionem iam factam eſſe, & ſubuerterunt quorundam fidem. Hũc Philetum Apoſtolus tradidit ſatanæ. Auguſtin. Tantæ poteſtatis erat Apoſtol⁹, ut recedẽtes à fide ſolo uerbo traderet diabolo.

Pſaritini, hi etiam dicuntur Pateriani, dicunt enim patrem eſſe etiam filio non exiſtente: quęre ſupra in Ma

Ptolemęus diſcipulus Valentini, hæreſim (rino. nouam condere cupiens, quatuor eonos, & alias quatuor aſſerere maluit ſecundum Auguſtinum: Ab iſto dicũtur Ptolemæi hæretici.

Pneumachomachorĩ uel Pneumachomachi C.de hæreti. hi ſunt qui ſpirituiſancto reſiſtunt, ſecundum quos aut natura, aut diuinitate diuiſa & increatę conſubſtantiali & coæternæ trinitati, poſtrema quædam & creatæ & alterius ſubſtantiæ natura detur. Hi concurrunt cũ Arrianis, & damnati ſunt in Nicea Bithyniæ, ut diciẗ in nono libro hiſto. tripar. decimoquarto, & dicuntur à pneuma, id eſt, ſpiritus, & thocos, id eſt, mater, quia ſpiritumſanctum ex matre ipſa proceſſiſſe dicebant de filio dei. Leo Papa in epiſtola ad imperatorem, Pneumatomachi profeſſionẽ ſpirituſſancti à ſymbolo abſcindebant.

Picardi, anno.1394. tempore ſchiſmatis ſub Venceſlao rege Ro. Hi inuenerunt hæreſim Adamitarum in Bohemia, ut diciẗ in de ori. Bohe .capit.41.apud Bohemos nefanda & inaudita prius emerſit hæreſis. Picardus quidam ex Gallia Belgica, tranſmiſſo Rheno per Germaniam in Bohemiam penetrauit, qui præſtigijs g-

buſdam fidem ſibi concilians breui tempore, non paruam mulierum uirorumq; plebem ad ſe traxit, quos nudos incedere iubens, Adamitas uocauit. Et occupata inſula quadã amne Iuſimitio cincta, filiũ dei ſe dixit Adam uocari, connubia eis permiſcua fuere, nefas tamen iniuſſu Adam mulierem cognoſcere, ſed ut quiſq; libidine incenſus in aliquam exarſit, eam manu prehendit, & adiens principem in hanc inquit ſpiritus meus concaluit. Cui princeps reſpondit: Ite, creſcite & multiplicamini. Aiebat cæteros homines ſeruos eſſe, ſe uero & qui ex eis naſcerentur liberos. Ex his.40.uiri inſulam exiere, & intrantes uicinas uillas euaginatis gladijs ſupra ducentos agreſtes interfecere, quos diaboli filios aſſerebant. Ziſſa his auditis, quamuis ſceleratus, ſcelus tamen exhorruit, habet enim hoc natura hominũ, ut aliena magis quàm ſua quiſq; uitia exhorreſcat, neq; ſumma mala diu inulta manent, ultoremq; mali malum cernere licet. Et direxit in eos exercitum, expugnataq; inſula, Adamitas omnes gladio deleuit, duobus tantum reſeruatis, ex quibus gentis ſuperſtitionem cognoſceret. Ecce impij Picardi, ut homines traherent ad ſuam ſectam, concedebãt peccata carnalia tanq̃ licita. Prætaxatus in Maximiani ſchiſmate fuit conuictus, & in concilio Bagarenſi damnatus. Auguſtinus quarto lib.ca.4. contra Creſcentiũ grammaticum.

Porritani dicti à Gilberto Porritano, autore ſex ultimorum prædicamentorum. Hi ponunt relationes diuinas non eſſe perſonas, nec eſſe in perſonis, ſed eas à foris exiſtentes diuinis perſonis, & quod hęc eſt falſa eſſentia trinitas. de hoc Thomas prima par. quæſtion.39.art. ſexto. & quære ſup. Bernard. abbas in concilio Remenſi Gilbertum uicit, & ipſe errorem ſuum in dicto concilio reuocauit, & ſic hæreticus non permanſit. *Sæpe* enim cordis oculus nube erroris obductus ſupernæ illuſtrationis lumine fit ſerenus, ut autor ſchiſmatis ad unitatem radicis redeat.

Priſca uel Priſcilla, anno. 164. tempore Commodi & Papæ Soteri fuit hæretica & propheriſſa Montani, ut ſupra in Maximilla. Vnde ſicut fuerunt ueræ prophetiſſæ, ita falſæ prophetiſſæ, has falſas Hebræi dicunt maleficis artibus eruditas per necromantiam, & phytonicum ſpiritum diuinare, qualis fuit quæ uiſa eſt Samuelis animã ſuſcitare, ut dicit Hieronymus ſuper .13. cap. Ezechielis, addens: Priſca & Maximilla uaticinio mendacij fidem ſubuerterunt ueritatis.

Priſcillianiſtæ, à Priſcilliano uocati in Hiſpania, qui ex errore Gnoſticorum & Manichæorum permixtum dogma compoſuit, ut dicit Iſid. & quod omnia fata hominum etiam CHRISTI certis horis ſubiecta ſunt, quod reprobat Thomas tertio contra gen. capitu. 85. Et Hieronymus ad Cteſiphontem: Priſcillianus pars Manichæi turpitudinis autor. Et dicebant iſti prophetas tanquam arreptitios non intellexiſſe quæ loquebantur, quod diuinæ reuelationi non congruit, ſecundum quã mens principaliter illuminat. Iuxta illud Eccleſiaſtici: Doctrinam quaſi antelucanum illumino omnibus, & enarrabo illam uſq; ad longinquum. Hic Priſcillianus ſecundum Hieronymum de uiris illuſtribus, Abilæ epiſcopus factione Idatij & Itatij Treueris à Maximo tyrãno cæſus eſt. Sigibertus dicit: Priſcillianus in Hiſpania epiſcopus, condens hæreſim ſui nominis, eccleſiam perturbauit, anno. 386. Hic perſonas trinitatis confundebat, dicens eundem eſſe patrem quem filium & ſpiritum ſanctum. Carnium eſcas pro immundis habebat. Coniuges uiros nolentibus fœminis, fœminas à nolentibus uiris ſeparabat. Animas eiuſdem naturæ cuius deus eſt eſſe dicebat. Et mundum iſtum à maligno principi factũ eſſe dicebat, atque ab hoc principe per diuerſa carnis corpora ſeminari, corpusq; noſtrum ſecundum .12. ſigna cæli eſſe compoſitum. Super his auditus in concilijs epiſcoporum Romam petijt, ibiq; à ſanctis Damaſo & Ambroſio repudiatus, in Gallijs quoq; in ſynodo Burdega-

lenſi à ſancto Martino aliiſq; hæreticus iudicatus. Vbi ſe damnatum intellexit, imperatorem Maximũ appellat. Ea enim tempeſtate ad hanc hæreſim Priſcillianiſtarum extirpandam concilium generale, Maximus imperator Treuerim cõuocauit. A quo Priſcillianus auditus & epiſcopatu pulſus, ab Euodio præfecto prætorii iuſſu Imperatoris perimitur, cum multis ſequacibus, ſcilicet, Eutiochia Delphidi rectoris coniuge & Latronio & cæteris, præſidentibus in hoc concilio Treuerico, domino Martino Turonenſi, Beato Ambroſio Mediolanenſi, Et ſancto Felice Treuerẽſi, archiepiſcopis, inclyto Hieronymo interprete noſtro, Auſonio oratore lepidiſſimo præceptore Gratiani impatoris. Et exiit edictũ à Maximo, ut huius ſectæ complices in Hiſpania perimerentur. Et item Priſcillianus animam de quodam promptuario procedere uoluit, profiteri ante deum ſe pugnaturam, inſtrui odoratu angelorũ, ut dicitur in cõmonitorio Oroſii ad Auguſtinum. Priſcillianiſtæ quoque fundamentis aſtrologorum adhærentes, dicunt, quod homines nõ poſſunt euitare peccata. Auguſtinus etiam de hær. Et damnati ſunt in .1. ſynodo Toletana autoritate Leo. &c.

Pyrrhus princeps Monoſthelitarum, quære ſupra in Monothelitis. & in ca. primo quæſtione decimatertia, conuenientibus, anno 644. Martinus primus Papa conuocata ſynodo in urbe Romana, Pyrrhum damnauit & cum eo Syrum, Sergium, Alexandrum, & Paulum hæreticos, quare Conſtantinus tertius imperator miſit in exilium Martinum papam.

Photinus hæreticus, de quo mentionem facit Aug. in libris ſuis fortiſſimis cõtra hære. ſcriptis.

Præpoſitinus negauit proprietates perſonales & notiones in diuinis, & ſicut pater uno modo ſe habet ad creaturas, ita una relatione refertur ad filium & ſpiritumſanctum, hoc refellit Thomas prima parte, quæ. 32. articu. ſecundo, & contra idem eſt præfatio Gregorii

de ſancta trini.& Iohannis Damaſ. in tertio dicit: Differentiam perſonarum in tribus proprietatibus paternali & filiali & proceſſionali recognoſcimus. Et Thomas ubi ſupra, opinari contrarie de pertinentibus principaliter ad fidem inducit hæreſim, non autem de aliis niſi determinetur quod pertineant ad fidem, multa enim nunc reputantur hæretica, quæ prius non reputabantur, ꝓpter hoc ꝙ nunc ē magis manifeſtū qd ex eis ſequatur, & exemplificat de notionibus diuinis.

Proculus Cataphrygarum hæreſi maculatus, negat epiſtolam, quæ ſcribitur ad Hebræos, eſſe apoſtoli Pauli, contra quem in urbe Romana, præſente Papa Seuerino, Gaius diſertiſſimus diſputauit, ut dicit Euſebius lib. ſexto capit. decimooctauo: & Marſilius Ficinus in libro de religione Chriſtiana capit. 22. ſic habet: Ego certe reperi præcipua Numenii, Philonis, Plotini, Iamblici, Proculi, myſteria à Iohanne, Paulo, Hierotheo, Dionyſio Areopagita accepta fuiſſe, quicquid enim de mente diuina, angeliſque & cæteris, ad theologiam ſpectantibus, magnificum dixere, manifeſte ab illis uſurpauerunt uel furati ſunt. Idem dicit Ambroſius, Camaldulenſis. Fuit enim Proculus ſectator Montani, ſub Seuerino Romanæ urbis epiſcopo & Antoninio Seueri filio.

Proclianitæ ſecuti ſunt Seleucianos, de quibus infra, & Hermianos, de quibus ſupra, & addiderunt Chriſtum non in carne ueniſſe, ut dicit Auguſtinus de hæreti.& idem Philaſter.

Procopius capitaneus Thaboritarum, defenſor Iohannis Rockezana, cognomento Raſus, ambaſiator Bohemorum ad concilium Baſilieñ. rector in ſpiritualibus Thaboritarum, multis uictoriis magniſqꝫ ſceleribus nobilitatus, in quem dum Baſileam intraret cuncti defixere lumina, illum eſſe, qui toties fidelium fudiſſet exercitum, qui tot oppida ſubuertiſſet, tot hominū millia neci dediſſet. Hic in receſſu à cōcilio, ꝓ oīb. Bohemis ibi

exiſtẽtibus, contumaciter & ſuperbe dixit: Cõionem calicis pro laicis habere & tenere intendimus &c.

Pſalliani, quorum poſtremam ponit Epiphanius hæreſim, quod nomen ex lingua Syra eſt, ab orando ſic appellati: tantum enim orant, ut eis qui hoc de illis audiũt incredibile uideatur. Nam cum dominus dixerit: Oportet ſemper orare & non deficere. Et Apoſtolus: Sine intermiſſione orate. Quod ſaniſſime ſic accipitur, ut nullo die intermittantur certa tempora orandi. Iſti ita nimis hoc faciunt, ut hinc iudicentur inter hæreticos nominãdi, quamuis eos nonnulli dicunt de purgatione animarũ, neſcio quam phantaſticam & ridiculam fabulam narrare: Porcam ſcilicet cum porcellis ſuis uideri exire de ore hominis, quando purgatur, & in eum uiſibili ſimiliter ſpecie ignem, qui non comburat intrare. His adiungit Epiphanins Euphemitas, Martyrianos, & Satamanos, & hos omẽs cum illis tanquã unam hæreſim ponit. Et Aug⁹ in de hæreticis.

QVintianus Arrianus, hic ut lup⁹ intrauit in eccleſiam Gazæ, ſacra ſynodus nec epiſcopum nominandum, nec Chriſtianum, nec quamlibet penitus cum eo habendam communionem, nec ei literas ſcribendas, ſicut & de multis aliis decreuit ſententialiter. Ex 4. lib. hiſt. tri. c. 24.

Quintiliani, ut dicit Aug⁹ in lib. de hæreti. à ciuitate Pepuza ſunt nominati, de qua ſupra dictum eſt in Pepuzianis, faciunt & ipſi de ſanguine infantis, q̃d Cataphrygas facere ſuprà diximus, nam & ab eis perhibentur exorti. Et dicũt CHRIſtum in eadem ciuitate ſpecie fœminæ reuelatum. Deniq; alij hanc Pepuzam non eſſe ciuitatem, ſed uillã dicunt fuiſſe Montani & prophetiſſarũ eius Priſcæ & Maximillæ, & quia ibi uixerunt, ideo locũ me ruiſſe appellari Hieruſalem.

RHetoriani, à Rhetorio quodam exortam hæreſim, dicit Philaſter, nimium mirabilis uanitatis:

quæ recte ambulare,& uera dicere,affirmat omnes hære ticos,quod ita abſurdum eſt, ut mihi incredibile uideaẗ, ut dicit Aug⁹ in de hære.

Rogerius caput & princeps hæreticornm Albigenſium,in Carcazona ciuitate erat, qua capta à fidelibus, arctę cuſtodiæ mancipaẗ & trucidaẗ.

Ruteni nunquam fuerunt obedientes eccleſiæ Rom. imò ex omni gente Chriſtianum titulum habente,præciſa tamen ab unione eccleſiæ catholicę,in defenſionem ſui erroris ſchiſmatici, nulla ꝑtinacior gente Rutenica. Negant ſanctum Petrum uerum papam & Roman.ſedis antiſtitem, idem tenent de ſucceſſoribus eius: Nec quod Romana eccleſia ſit caput oĩm aliaꝝ ecclˀiaꝝ:Nec recipiunt ſcripta ſanctorum doctorum latinorum: Nec determinationes conciliorum generalium:Reſpuunt excommunicationem:Nec recipiunt ſacramentum confirmationis,nec extremæ unctionis:Nec purgatorium ponunt: In fermento conficiunt,& ſic de alijs. Vnde dominus Io. Sacranius doctor ſacræ theologiæ,Cracouienſis eccleſię canonicus in tractatu ſuo quem appellauit Elucidarium errorum ritus Ruteñ.ponit.40.errores eorum.

Raymundus Lulli Catalanus de ciuitate Maioricaꝝ laicus,multa edidit opuſcula ſapientia hæreſim, ſcilicet libellum de dæmonũ inuocatione,& alia in uulgari Catalonico, & doctrinam ſuam habuit à diabolo, licet ipſe aſſerat quod eam habuit in quodam monte à Chriſto ſibi apparente in forma crucifixi,quæ omnia Petrus archi epiſcopus Tarracenſis,& F.Nico. Emerici ſententialiter condemnauerũt,in quibus uoluminibus reperti ſunt errores ultra quingenti.Vnus eſt, quod deus multas habet eſſentias.Item quod deus pater eſt antequã deus filius:& quod diuina eſſentia non eſt otioſa, ſed eſſentiat, natura naturificat, bonitas bonificat &c. Et quod ſpiritusſanct⁹ eſt conceptus de patre & filio. Item interficientes hæreticos,ſunt iniurioſi & uitioſi: & quod deus quãdo ſibi ap paruit crucifixus,contulit ſibi pro huius ſeculi tenebris

illuſtrans artem iſtam, quæ eſt gñalis ad oēm ſcientiam, & naturalē & medicinā, & ad iura, & ualet ſpecialiter ad deſtruendum errores. Et hæretici ſine dubio ſæpe deū ſibi imaginabil'r fingūt, quem intueri ſpirital'r nequeunt.

Reiudaizantes, ſunt hæretici conuerſi de Iudaiſmo & iterum reuerſi ad Iudaiſmum. Sic cognoſcunt, raro eccleſiam intrant, locum in quo morant Iudæi intrāt, Iudæis ſe aſſociant, & à Chriſtianorum conſortio ſe elongant, carnes porcinas non edunt, ſabbata colunt diebus dñicis ſecrete in domo ſua. Reiudaizantium pœna ponitur de conſe. diſt. 4. c. pleriq;.

SAbelliani anno. 260. ſub Stephano papa & Valeriano & Galieno, & ut dicit Iſid. à Noeto pullulaſſe dicunt, cuius diſcipulum perhibent fuiſſe Sabellium, ex cuius nomine maxime enotuerūt, unde Sabelliani uocati ſunt. Philaſter Brixianus dicit: Sabellius diſcipulus eius qui ſimilitudinem ſui doctoris Noeti ſecutus eſt. Hi unam perſonam patris & filij & ſpiritusſancti aſtruunt, perſonas confundentes, quaſi de tribus unam facientes. Et contra Sabellium Athanaſius fecit ſymbolum, & cōtra eum diſputat Tho. 4. contra gen. Sicut econtra Arrius ſeparauit naturā ſiue ſubſtantiam perſonaꝝ. Vnde Arrius idem negat, ponit Sabellius idem. Contra quos hæreticos S. eccleſia uia media ambulat, & deum unum prędicās, tres perſonas contra Sabellium aſſerit, & tres perſonas aſſerens deum unum contra Arrium cōfitetur. De hoc Damaſcenus. 1. libr. ca. 11. Vnde Sabellius fuit natione Pētapolitanus ex Ptolemaida ciuitate natus. Vñ Tho. 1. parte q. 31. ar. 2. multa nomina ponit quæ debent uitari in diuinis ꝑpter Sabelliū & Arriū. Et dixit Sabellius ſaluatorem noſtrum non eſſe filium patris: nec primogenitū oīs creaturæ, ſimul & ſpūſſancti auferens intellectum.

Saccophari, hi ſunt de perfidia Manichæorum, de quibus. C. de hære.

Sampſei uel Sampſeitæ, ſunt eiuſdē hæreſis cū Ebio-

nitis,ſm Epiphanium,de illis quære ſuprà in Elceſaitis.

Saturniani à quodam Saturnino,qui turpitudinē Simoniacam in Syria confirmaſſe perhibetur, qui etiā mūdum ſolos ſeptē angelos, præter conſcientiā dei patris feciſſe dicebat,& fuit tpibus aploꝝ, & euāgelium laniauit ſm Hiero.aduerſus Lucife. Vñ dicit Euſ.4.li.c.5. Humani gñis deceptor antiquus poſt Menandꝝ Simonis ſucceſſorē, uelut quandā beſtiā bino ore ſibilātem, binis linguis diabolica uenena uibrantē,Saturninum quendā Antiochiæ genitum, & Baſilidē Alexandria ortum produxit, quoꝝ uterq; ſuis in regionibus officinas impiæ adeo inuiſæ condidit diſciplinæ,equidem in oībus penè Saturninū eodēq; Menandrū cōmendatum eſſe ſcribit Irenæus, Baſilidemq; ſub prætextu myſticæ doctrinæ in immenſum tetendiſſe mētis impiæ cogitatū,dū prodigioſa fabulaꝝ figmenta ſibimet complacerent.

Saturninus Arelateñ Arrianus,hui⁹ & alioꝝ Arrianorū pſecutione,Hilarius pulſus in Phrygiam confugerat, ubi trienniū cōmoratus, librū ſcripſit de religione Chriſtiana,qua de re meminit ipſe in li.de ſynodis.

Sabbatius quidā ex Iudæo Chriſtianus factus,presbyter ordinatus,nihilominus ſectæ Iudaicæ ſeruiebat,cum quo ſcelere epiſcopatū ambiebat,& obtinuit,& nouitatē feſtiuitatis paſchalis ſub Valente imperatore conſtitutā, in uico Phrygiæ Pazo defendere nitebat,& Martian⁹ ordinator eius poſtea, Sabbatij errorem & ordinatiōis ſuæ culpam cognoſcens,cū gemitu dicebat:Melius fuiſſe ſup ſpinas poſuiſſe manus ſuas, q̄ Sabbatiū ordinaſſe presbyterum,ut dicitur.9.li.hiſt.tri.c.27.

Sabbatius alius Arrianus,de quo in.12.libro hiſto.tripartitæ capite.4. qui ſucceſſit Barbæ Arriano epiſcopo, quære in Barba.

Sarmatius epiſcopus, poſtea effectus Arrianus, plene complexus eſt errores Arrij,hunc cum multis complicibus ſuis Alexander Conſtantinop. patriarcha cum ipſis Aegypti & Libyarum penè centum anathematizauit.

1.lib.hiſt.trip.c.13.Haymo Oſeæ.1. Hæretici de deo mala ſentientes ab eo repelluntur, ne ſit deus pars hæreditatis eorum.

Satamani,hi habẽt unam & eandem hæreſim ſm Epiphanium,cum Pſallianis,quære ibidem.

Sarrabaitæ Aegyptiæ linguæ proprietate ſic uocati, & ſm Bedam in Act.apoſt. ex Anania & Sapphira Sarrabaitarum genus exortum dicitur, qui rebus ſuis nequaq̃ derelictis, apoſtolorum diſtrictionem ſe cuſtodire ſimulant,de quibus dicit Peamon abbas.18. collatione patrũ, quod iſtud eſt genus teterrimum & infidele monachoꝝ in uera hypocriſi conſtitutorum,& noxia illa plantatio rediuiua,quę per Ananiam & Sapphirã in exordio eccleſiæ pullulãs,apl'i Petri ſeueritate ſucciſa ẽ,& ut eoꝝ peſſima ſecta cõfundať, ſciãt ſe in nullo ordine uiuere, nec in aliqua ſectę uocatione: nã & ipſi ſemetipſos à cœnobioꝝ regulariũ ſub obediẽtia uiuentiũ congregationib.ſeque ſtrãt,ac ſingillatim ſuas curas & neceſſitates cõtra eccl'iæ ſancionẽ & cõcilia gñalia,ſtatũ & regulã ſibi cõfingũt, habentes libertatẽ euagandi, pecunias acquirendi,& de craſtino cogitandi, quaſi inopem & mendicum deũ haberent.Aug^{9}.21.ſerm.ad fratres in heremo: Sarrabaitæ angelicam faciem foris oſtendunt, ſed lupum corde habere nõ dubitamus, de quibus tertio nobis ſcripſit pater Hieronymus, quorum genus eſt omni affectu uitãdum. Ipſi in Aegypto erant in foraminibus petrarum habitãtes,induti porcorum & boum pellibus, tantum cincti ſunibus palmarum,ſpinas ad calcanea portantes,ad cingulum ligatas ſpinas diſcalciati,& ſanguine cruẽtati cauernas exeuntes,ad feſtum ſcenopegiæ pergebãt Hieroſolymam,& ſancta ſanctorum intrantes,paupertatem & abſtinentiam prædicabant ſeruare, barbas poſtmodum in conſpectu hominum ſine redemptione euellere feſtinabant,& ſic acquiſita fama,ad luſtra remeabant ſolitarię gaudentes & epulantes ſuprà tñ q̃d explicare poſſumus. Hos nolite obſecro imitari,quia non beatos,ſed damna-

tos eos eſſe prædicamus.

Sebas unus de Meſſalaniorum principibus, & hi obſeruatores ſomniorũ ſunt, labores manuũ refugiẽtes, & ſacramentum eucharistiæ contemnentes: & hi hæretici dicuntur Sebatiani. C. de hære. l. Arriani.

Secundus eps, ſectæ Arrianæ alumnus, fuit contemporaneus Sarmatij præfati.

Secundinus diſcipulus Manichæi, quem Aug⁹ non uiderat, & tamen ad Aug. epiſtolam ſcripſerat, in qua hortabatur Auguſtinum ut ad ſuã ſectã rediret. Contra hũc ſcripſit Auguſtinus librum, in quo eius fallacem beneuolentiam non acceptat, hortans eum ut ad catholicam fidem redeat. Hic Auguſtinum & catholicos cæteros errare aſſeuerauit: Hic dixit quod CHRIſtus non unigenitus patris ſm naturam: & quod deus eſt mutabilis: & qd malum eſt ſubſtantia quædam: & quod carnes non ſunt manducandæ &c̃.

Seras fautor & defenſor Etij, qui cũ Stepha. Heliodoro & Theophilo in cõcilio Conſtãtinopolitano excommunicatus eſt: dicebat enim quoniã ea quæ hactenus deus celaſſet apoſtolis, reuelata ſibi affirmaret. Et de hoc 5. lib. hiſt. trip. c. 42.

Sergius Arrianus, cuius auxilio Mahomet diabolicũ ſuum Alcoranum Saracenis compoſuit, librum utiq; deteſtabilem, anno. 595. Hic Sergius Monachus in errorem Neſtorij incidẽs, in Arabiam uenit, Mahometo adhæſit, quem in utroq; teſtamẽto multa docuit, & multas leges quas Mahomet promulgauit.

Sergius alius, princeps Monothelitarum, quære hæreſim eius ibidem cum. c. 1. q. 13. conuenientibus.

Seleuciani uel Hermiani, ab autoribus Seleuco & Hermia, qui elementorum materiam de qua eſt mundus, nõ à deo factam dicũt, ſed deo coæternam: nec animã tribuunt deo creatori, ſed creatores eſſe aïaꝝ angelos uolunt de igne & ſpũ. Malũ aũt aſſerũt eẽ aliqñ à deo, aliqñ à materia: negãt ſaluatorẽ in carne ſedere ad dexterã patris,

ſed eam exuiſſe perhibent, eamq; in ſole poſuiſſe, accipiens occaſionem de Pſal. ubi legitur; In ſole poſuit tabernaculū. Negāt etiā uiſibilē paradiſum. Baptiſmū in aqua nō accipiūt: reſurrectionem nō putant futurā, ſed quotidie fieri in gñatione filiorum: Hæc Philaſter.

Sethiani nomen acceperunt à filio Adæ, qui uocatus eſt Seth, dicentes eum eſſe Chriſtum, ſm Iſid. & fabuloſa & hęretica uanitate dicunt eum de ſuperna matre natū, quam perhibent conueniſſe cum ſuperno patre, unde diuinum ſemen aliud naſceretur tanquam filiorum dei. Hi quoq; multa de principatib. & poteſtatibus uaniſſima fabulanť ſm Aug. de hære.

Stephanus Antiochię Arrianus, condēnatus cum alijs multis epīs orientalib. de quibus ſic dicit. 4. li. hiſt. tri. ca. 24. Vos pellite procul ab oibus, nulla eñ concordia Chriſti ad Belial, ſeruate uos fratres chariſſimi, ut neq; ſcribatis eis, neq; eorum ſcripta recipiatis &c̄. quia non affirmāt quia deus eſt Chriſt⁹. Iſte Stephanus fuit. V. epīs Arrianus in ſede Antiochena, quęre ſuprà in Eudoxio. Stephanus fuit diſcipulus Macharij, qui cum reliquis epīs pro frumēto zizania in eccleſia ſeminauerūt, uinū miſcuerūt aquæ, & proximo potum dederunt auerſionē turbidā, tanq̄ lupi hagni ſimulabant mendacium.

Scopotici, iſti hæretici coincidunt cum Circūcellionibus, de quibus ſuprà.

Symmachus orator, de quo Sigibertus, hic infremuit & furebat in Chriſtum, qui etiam epl̄is ſuis aiebat de idololatria, & de repetenda ara uictoriæ, & ipſe in murmur & blaſphemias cōmouit Romanos Chriſtianitatis tēpora culpantes, felicitatem gentiū attollentes, quorum latrātium ora iniecto eis ueritatis oſſe obſtruxerunt, Aug⁹. in li. de ci. dei, & Oroſius in hiſt. ſua: Prudentius quoq; lucu lēto metrici operis libello blaſphemias Symmachi refellit. Hic nota q̄ hęretici dū eccleſiā à deo uident corripi, ꝑuerſa p̄dicatione intumeſcūt, dicētes ſe ex meritis ꝓſperari, illam digne affligi. Et ſic murmurabant Romani cō

tra Chriſtianos, quod à tpibus Chriſtianorum urbs Ro. à Gothis fuit capta: Sed tñ multi pagani reperti in urbe iam capta, ſm Aug. in prin. li. de ci. dei, finxerunt ſe Chriſtianos, & ad loca martyrum & baſilicas apſtorum Chriſtiani fugientes ſaluabant, & ad eadē loca ficti Chriſtiani, de quorum numero unus fuit Symmachus, fugierunt & ſaluati ſunt. Et tñ non minus poſtmodum detraxerūt Chriſtianis temporibus.

Symmachus Ebionius aſſeruit Chriſtum de Ioſeph & Maria natum, hominem purum fuiſſe, & legē ritu Iudaico ſeruādam: & cōmentarios quoſdam Symmachus cōſcripſit, in quibus conatur de euāgelio ſm Matt. autoritatē ſuę hæreſis cōnfirmare, ut dicit Euſe. li. 6. Hiero. in. 1. prolo. ſuper Iob. Iam Chriſti euangelio coruſcāte Iudæus Aquila, & Symmachus, & Theodotion iudaizantes hæretici ſunt recepti, q multa myſteria ſaluatoris ſubdola interpretatione celarunt.

Seueriani à Seuero exorti, uinum non bibunt, contra hoc dicit. 35. diſt. ab exordio. Vinum enim cum carnibus poſt diluuium dedicatum eſt. i. in uſum aſſumptum. Vetus teſtamentum & reſurrectionem nō ſuſcipiunt, ſm Iſid. & cibos quos deus humano gñi propoſuit, damnabant. Hi oēm coitum ſpurcum putabant, & alia deliramenta affirmabant, quæ recitat Aug. in lib. de hære. cōtra quos Muſanus librum conſcripſit.

Speroniſtę, hi in bulla apſtica in cœna dñi excōicantur Romæ, & extra de hæ. c. excōicamus. Vel dicunt Spetroniſtæ, ſed eorum hæreſes nondū uidi.

Seuerus, de quo Io. Damaſcenus in. 3. cap. 3. Seuerus & Dioſcorus, & eorum ſcelerata cohors &c. Hi in CHRIſto poſuerunt unionem, non perſonalem in duabus naturis uere ſubſiſtentem, ſed tm̃ habitualem. i. ſm habitum proprietatem conditionemq; quandā diuinam: qua cū ſolus eſſet hō, diuina tñ aſſiſtente p quandā participationē uirtute miracula operaretur: in quinta ſynodo Cōſtantin. huiuſmodi hæretici damnati ſunt. Hic Seuerus Euticetis

hęreſi robur addidit,ut teſtatur Irenæus doctor celebris apud Græcos. Vnde & alij Seueriani appellati ſunt, qui utuntur quidem lege & prophetis & euangelijs, ſed propria quadam interpretatione ſcripturarum ſenſum peruertunt, obtrectant Paulo apoſtolo & refutant eius epiſtolas,ſed necp actus apoſtolorum ſuſcipiunt,ut dicitur .4.libro eccl'.hiſt.

Seuandriani uel Seuandiani, in hoc à Valentinianis diſtare dicunt quod addunt opera turpitudinis, ut dicit Auguſtinus ut ſup.

Semiarriani quos Epiphanius dicit,qui ſimilis eſſentiæ dicunt filium,tanq̃ non plenos Arrianos,quaſi Arriani,nec ſimilem uelint,cum hoc Eunomiani dicere celebrentur ſecundum Aug.

Simoniaci uel Simoniani à Simone dicti, magicæ diſciplinæ perito. Hic Simon baptiſma ſuſcepit à Philippo diacono. Et ut dicit Euſebius in ſecundo libro hiſt.eccl'. caput totius prauitatis & principium omnis hæreſis à Simone cepiſſe accepimus. Cui Petrus in actibus apoſtolorum maledixit,pro eo quod ab apoſtolis ſpirituſſancti gratiam pecunia emere uoluiſſet. Hic Simon dixit creaturam non à deo eſſe,ſed à uirtute quadam ſuperna creatam,quod reprobat Thomas.2.contra gent.cap.42.& q gratia ſpirituſſancti eſt uenalis,quod improbat Thom.2.2.quæſtione.100.artic.1.Dixit Chriſtum nec ueniſſe, nec à Iudæis quicq̃ pertuliſſe,artib. magicis multos decepit. Docebat deteſtandam turpitudinem indifferenter utendi fœminis, aſſeruit ſe eſſe Chriſtum. Ignatius ad Trall'. Fugite malas ſoboles diaboli, Simonem dico primogenitum generis ipſius.Vnde prima quæſtione primo, fertur,Simoniaca hæreſis eſt quæ prima contra dei eccleſiam diabolica ſupplantatiõe ſurrepſit, & in ipſo ortu ſuo zelo apoſtolicæ ultionis percuſſa & damnata eſt prima quæſtione primo cap. eos. Tolerabilior eſt Macedonij impia hæreſis,quàm Simoniacorum. Iſti enim ſpiritum ſanctum efficiunt ſeruum ſuum.Et Hiero.contra Lucife

rI. Simō magus & Menāder diſcipulus eius ſe dei aſſerue re uirtutes. Glo. Mar. 13. Multi uenient in noīe meo &c. Multi in nomine Chriſti uenere antichriſti, quorum primus Simon magus cui auſcultabant oēs qui erant in Samaria dicentes: Hic eſt uirtus dei quæ uocaꝉ magna. eo ꝙ multo tempore magicis artibus dementaſſet eos. Et Hieronymus ad Cteſip. Vrbitium: Simon magus hæreſim cōdidit Helenæ meretricis adiutus auxilio. Et glo. ſuper illud Prouer. 2. impij de terra perdenꝉ. Qui ad eccleſiā pertinere uidebanꝉ, ſed auferunꝉ de aperto iudicio eccleſiæ ut Simon.

Sinerus ſm Euſeb. ponit tria principia & naturas. De hoc quære ſuprà in Martioniſtis.

Soldini uel Soldani hęretici, de regnis Godoliæ & Saba. hi in fide ſunt corrupti à quodam hæretico qui dicebatur Soldinus, & ſequunꝉ ritum Græcorum, & particularem habent hæreſim, & utunꝉ literis Chaldaicis. Eorū ſacerdotes cū auro, diaconi cum thure, & ſubdiaconi cū myrrha ad celebrandum accedunt, in ſignum quod tres reges dicta dona domino obtulerunt.

Syri uel Syriani, à prouincia Syriæ, ad prælia apti, arcubus & ſagittis utunꝉ expedite. Hi ſunt Maronitæ hæretici, de quibus ſuprà.

Syrus gñe Alexandrinus, arte medicus, ex phō monachus, prius aduerſus Neſtorem ſcripſit, ſed poſtea Timotheanum dogma fouere cœpit, deniq; ambiguus etiā ſui ſuſpendit animum à conſenſu Chalcedonenſis decreti, nec acquieſcēdum putat filium dei duabus poſt incarnationem conſtare naturis: Hæc Gennadius.

Suriani appellati à ciuitate Sur quondam præeminenti, homīes imbelles, & timidi, ad inferiores labores apti, utputa ad agriculturam, ex magna parte hæretici Græcorum inſtitutiones & ritus in omnibus imitantur, doloſi, mendaces, furtum & rapinā quaſi pro nihilo habentes, ſecreta Chriſtianorum ubi poſſunt ad infideles proditorie deferūt, & ad Saracenos, inter quos nutriti & cō-

mixti habitãt, & opera eoꝝ mala diſcunt. Hæc & ſimilia uide in peregrinatione Berñ. Breddenbach decani eccleſiæ Maguntinæ, quam conſcripſit Felix Fabri Ordinis ꝑdicatorum, conuentus Vlmenſis.

TAtiani à Tatiano, qui & Encratitæ dicti, quia carnes abominantˀ, anno. 175. ſub M. Antonio & Aniceto papa. Tacitus hæreticus agnoſcitˀ ſm Euſeb. de temporibus. Et Tatianus in Græcia fuit doctiſſ. & nominatiſſimus q̃diu fuit Chriſtianus. Hi nuptias damnãt, atq; omnino pares eas fornicationibus, alijsq; corruptionibus faciunt, non recipientes in ſuorũ numerum coniugio utentẽ, ſiue marẽ ſiue fœminã, non ueſcẽtes carnib. prolationes quaſdam fabuloſas ſeculorum faciũt: ſaluti primi hominis contradicũt. De his dicit Beda in homil. ſuper Iohan. Porro Tatiani & Martiani cæterorumq; q nuptijs detrahunt, perfidia q̃ ſit dãnabilis inſinuat. Si em̃ thoro immaculato & nuptijs debitis caſtitate celebratis culpa ineſſet, nequaq̃ dñs ad has ueniret, nequaquã eas ſignorum ſuorum initijs cõſecrare uoluiſſet. Epiphanius Tatianos & Encratitas ita diſcernit, ut Encratitas Tatiani ſchiſmaticos dicãt. Hiero. dicit ſup Amos: Tatian⁹ Encratitaꝝ princeps, ſtruere nititˀ uinum aſſerens non bibẽdum, cum in lege ſit pręceptum: Ne Nazarȩi bibent uinũ &c̃. Qui ſi literã ſequuntˀ in oĩbus, & Iudaicas fabulas eccleſiis ingerunt Chriſti, ergo & comam nutrire debent: & uuam paſſam & uiridem non comedere: ꝙ ſi hæc non faciant, non poſſunt more Iudaicorum cauponum miſcere aquam uino, umbras ueritati, euangelij gratiæ legis neceſſitatem. Ebrietatem illam intelligãt qua curis ſecularibus inebriatur & obruitˀ animæ uigor. Sic Mahomet præcepit ſuis in Alkorano ne uinum bibãt.

Tarſenſes hæretici ſunt, qbus Campẽſes, ut ſupra dictũ eſt, copulati ſunt, ut Hiero. ſcribit Dam̃.

Taſcodrugitæ Manichæorum errores inſequebantˀ, utˀ uocantˀ Taſcodrogi, C. de hær. l. qm̃. quos Manichæticus

furor detinet, quibus omne teſtimonium ſicut & alias le gitimas conuerſationes ſancimus eſſe interdictum.

Teſalitæ, Tetraditæ, hi ĩdẽ ſunt hæretici de ſecta Manichæorum. C. de hære. & c̃. ubi dicit: Iſti & cæteri Manichæi nuſquam in Romano ſolo conueniendi morādiq́ȝ habeant facultatem. Et nota ſ̃m Iſid. 8. li. etymol. quidã hæretici ex nomine ſuoꝝ autorum nominantur, quidã ꝓo ex cauſis, quas eligentes inſtituerunt.

Teſſeradecatæ dicti, ꝙ quartadecima luna paſcha cum Iudæis obſeruare contendunt: Nam teſſera quatuor, deca decem ſignificat: Hæc Iſid. Et dicit Aug⁹: Teſſereſedecaticæ, non niſi quartadecima luna mẽſe Martio paſcha celebrant, quilibet & ſeptem dierum occurrit dies: & ſi dies dominicus occurrerit, ipſo die ieiunant & uigilant. Contra hoc habet de conſe. diſt. 3. c. celebritatem.

Tandemus, de quo Sigibertus, qui circa annum domini. 1124. erat hæreticus, & dicit, Oppidani caſtri Antuuerpienſis à quodam hæretico Tandemo ſeducti, paulatim à fide & bonis moribus deſciuerunt, quia idem hæretic⁹ minimæ ſubtilitatis cum tamẽ eſſet laicus, ſed multis etiam diſertis clericis in ſermone acutior, ſacri ordinis miniſtros & epiſcopalem & ſacerdotalem gradum nihil eẽ dicebat, corporisq́ȝ & ſanguinis Chriſti ꝑceptiōem ſumẽtibus ad ſalutem prodeſſe negabat, & in pretioſo habitu & ueſtibus deauratis incedens, triplici funiculo crinibus intortis, uerbis perſuaſibilibus, & conuiuiorum apparatibus ſuos, qui eum circiter tria milia armati ſequebantur alliciebat, & per eos reſiſtentes ſibi cędibus ſęuiebat: credebant ei, & reuerebantur eum intantum, ut aqua in qua corpus lauiſſet biberent, & pro reliquijs aſportarẽt, cum tamen tantæ incontinentiæ & impietatis eſſet, ut filias in matrum præſentia, ſponſiſque maritis intuentibus corrumperet: & hoc opus ſpirituale eſſe aſſerebat. Qui tandem poſt multos errores & cædes, dum nauigauit, à quodam presbytero percuſſus in cerebro occubuit, ſed nec poſt eius mortem error ipſius tam facile

extirpari potuit, propter quod à clericis loci illius eccl̄ia cum redditibus per manum ep̄i Norberto ordinanda datur, ſperãtes ꝙ per eius ſalutarem doctrinam, hæreſis illa de medio tolleret. Quod & factum eſt, ſiquidem ipſo p̄dicante, uiri & mulieres compuncti, corpus dominicum quod in ciſtis & foraminibus per decem annos & amplius repoſuerant attulerunt, & per eius doctrinã paulatim ad ſanctam fidem reſipuerunt.

Theodorus Pharanitanus epiſcopus hæreticus, putabat Chriſtum phantaſma eſſe, nec ueram carnem de uirgine aſſumpſiſſe. Et dicit Beda, ꝙ ſcripſit põdus corporale ſ̄m carnẽ nõ habuiſſe dominum, ſed abſq; pondere, & carne ſuprà mare ambulaſſe: fides aũt catholica & pondus ſ̄m carnẽ eũ habuiſſe prædicat & onus corporeum, & cum pondere & onere corporali incedere ſupra aquas non infuſis pedibus. Vnde Dionyſius in di.no.ait: Ignoramus qualiter de uirgineis ſanguinibus alia lege prͤter naturalem formabat: & qualiter nõ infuſis pedibus corporale põdus hñtibus, & naturale onus, deambulauit in humidã & inſtabilem ſubſtantiã. Idẽ habet glo. Mar. 6.

Theodorus Eracliæ Europæ, unus de principibus Arrianorum, poſt mortẽ tamẽ Arrij, quia fuit epiſcopus intruſus, & à ſanctis patribus ab eccleſia dei præciſus eſt, & à communione fidelium priuatus, quia ſcriptum eſt: Cũ peruerſo peruerteris, aſtruxit Mariam uirginẽ ſolũ hominem peperiſſe, & non deum & hominem. Item Rabanus ſanctæ memoriæ ep̄s factus Ediſſenæ ciuitatis, qui in ſacerdotibus reſplenduit, Theodoꝝ Moſophenum poſt mortem in eccleſia anathematizauit. 24. q. 2. ſane. Itẽ nota ꝙ ſæpius hæreſes uariant nomen iuxta hæreſiarchas ſuos, quia hæreſis Theodori fuit in primitiua eccl̄ia Ebionitarum, & ſæpius fuit deſtructa, & iterũ machinatiõe diaboli reſuſcitata: & de alijs ſ̄ilr̄ intelligendũ eſt, & fuit anno. 544. tempore Iuſtiniani imperatoris primi & Vigilij papæ, damnatus eſt cũ alijs in quarta ſynodo Conſtãtinopol. ut dicit. 4. li. hiſt. tri. ca. 24. cuius hæreſim & ſuæ

dæmoniacç conuentionis errorem ponit Damaſ.li.3.c.3. & uocat eum deo odibilē & igne dignū. Et b.Tho.in ꝓlogo circa expoſitionē pſal. Theodorus Moſueſcenus in ue.teſt.nihil expreſſe dictum fuiſſe de Chriſto aſtruxit.

Theodoricus Arrianus, hic ut dicit Anto.parte ſpe.hi. ti.6.c.7.rex erat in Italia, propter quē magna tribulatio facta eſt in eccleſia, hic totam Italiā perdere uoluit & S. Iohā.papā & Symmachum patritium & Boetium, uiros præclariſſimos martyrizauit. Iſte Theodoricus rex Gothorum Rauennæ S. Iuſtinū in carcere fame deficere fecit, poſt dies.90.ut dicit Sigibertus, ſubito defunctus, à q̊dam ſancto eremita uiſus eſt, nudus & diſcalciatus à Iohāne papa & Symmacho patritio in olla Vulcani eſſe detruſus. Idem dicit Greg.4.dial. Principes em̄ mundi qui perſecuti ſunt eccleſiam, mirabili morte interierunt, & poſtmodum delata eſt poſteritas eorū, & martyrū gloria exaltata. Nam apud Rauennā feſtū Symmachi & Boetij celebratur.27. Maij.

Theodoricus Græcus, contra quē Leontius Byzantius fecit apologiam ad accuſationes deteſtationis eius, ut dicit Damaſcenus in.3.c.11.

Thaboritç, de quibus.4.c.de ori.Bohe.dicit, ꝙ Ziſſa locum Vlrici cuiuſdā ueræ fidei cultoris cepit ui, Vlricū familiamq́ꝫ ſuā gladio occidit, locum muro cinxit & mœnibus, ciuitati indidit nomen, nā & comites eius fratres Thaboritç appellabant, tanq̄ cum tribus apl'is ſaluatoris Chriſti transfigurationem in monte uidiſſent, indeq́ꝫ ſuas opiniones mutatæ eſſent, quas fidei uirtutes appellāt. Hic refugiū oīm hæreticoꝝ, hi ſunt hoīes infimç plebis, & qui non tam nouam fidem ſecuti q̄ iudicia & carceres fugiſſe uidebantur, & picturas abominant Thaborenſes. Nota quod Thabor mōs eſt in Galilæa, in quo aues cum laqueis conſueuerunt capi, ſed nūc in Thabor Bohemico capiuntur animæ hæreticorum laqueis diaboli. Ioh. Nider in for.libro.3. Ibi ignis accenſus, nondum ad plenum extinctus eſt, ſed in Thaboritis ardet, utinam nō in mul-

tis aliis.

Theobatus quidam quia repulſam meruit e͞patus, ipſe cœpit initio perturbare omnia & corrũpere, qui & erat ex ſeptem hæreticis, ex quibus proceſſerunt pſeudochriſti & pſeudapoſtoli, qui in diuerſas partes unitatẽ ſcindẽtes ꝑ corruptelã doctrinę caſtũ eccl'iæ cubile macularũt, & impietatẽ loquẽtes aduerſus dñm & aduerſus Chriſtũ eius. 4. li. eccleſiaſt. hiſt. c. 18.

Theomas Marmoricenus unus de defenſoribus Arrij, apoſtolicis dogmatibus reſiſtebat. Vnde deſẽſores Arrij, dictauerunt fidem ſuam & cõi cœtui dederunt: quæ cum lecta fuiſſet, dirupta eſt & adultera fraudulentaq́ꝫ pronũtiata. Verum quidam eorum Arrium abdicarunt, ut dicit 2. li. hiſt. tri. c. 5.

Teonas epiſcopus, erroribus Arrij ſeductus, filiũ in diuinis creaturam poſuit, non æqualem patri &c. Ex. 1. li. tri. hiſt. c. 13.

Theniſus, de quo Euſ. li. 4. c. 19. Hic arrogantia elatus, apoſtolicæ ſibi aliqd autoritatis aſſumens, ep'lam ad oẽs eccleſias ſcribit, in qua docere eos conat q multo rectius ꝙ ipſe credebant, & cohortat oẽs ad nouas ỽborum adinuentiones accommodare aures ſuas. blaſphemat aũt dominum & apoſtolos eius & ſanctam eccleſiam.

Theodotus furia Mõtani infectus, ipſo dæmone inſpirabat, & arte diabolica, & ſicut ſcribit Euſ. 2. li. ca. 16. illũ admirabilem uel prophetiæ impiorum primogenitum Theodotum nomine, tradunt quodam tp͞e uiſum ſibi eẽ uelut in cęlos aſſumi, & per ſe crediſſe ſpũ erroris. Quo euectus in excelſum, & inde deductus ad terrã, finẽ uitæ exitu peſſimo terminaſſe. Hic Theodot⁹ prius Romæ auſus eſt dicere, purum hominem fuiſſe Chriſtum, quem Victor papa de eccleſia reiecit. De quo dicit Igna. ad Tral'. Fugite ipſius nequiſſimi nepotes, Theodotum & Cleobulum.

Theodoſiani, à Theodoſio appellati fuerunt, temporibus Iuſtiniani principis in Alexandria per populi per-

uerſi electionem, una die ordinati ſunt epiſcopi. Et cum Gaionitis in caudis uulpium ſunt colligati, ſed in capitibus diſtincti, quia Theodoſiani ex duabus unam in Chriſto naturã aſſerunt, ſed corruptã: Gaonitæ aũt incorruptã contendũt. 24. q. 3. quidã. Hi errores Euticetis & Dioſcori ſequentes Chalcedoneñ concilium reſpuunt.

Theodotiani, à Theodotione inſtituti, hoiem tm̃ Chriſtum aſſeuerant, quod & Theodotion propterea docuiſſet, quia in perſecutione lapſus iſto modo ſe caſus ſui deuitare putabat opprobrium, ſi non deum negaſſe, ſed hominem uideretur, ut dicit Aug⁹ de hęre. De iſto Theodotione quære in Aquila interprete, de quo dicit Hiero. in 2. li. cõtra Ruffinũ: Miror ꝙ Theodotionem hæreticũ & iudaizantẽ legit, & quantũcunq; pctõris Chriſtiani trãſlationẽ faſtidit. Et fuit tertius diuinæ legis interpres, circiter annum. 184. tempore Helij Contumacis imperatoris & Eleutherij papæ.

Templarij, horum ordo incepit ſub Henrico quarto, & Gelaſio ſecundo, anno. 1114. prius albis ſunt uſi mantellis, & poſt rubeam crucem ſuppoſitã portarunt, & beatus Bern. regulã compoſuit. Et in hiſtoria tranſmarina legitur, ꝙ cum multi Chriſtiani confluerent ad terrã ſanctã, quidam latrunculi ſpoliabant peregrinos. Hoc uidẽtes quidam milites deuoti, in manũ patriarchæ deuouerunt ſe uiã defenſuros, & in principio fuerunt niſi decẽ, poſtea apud Cretas cõcilio celebrato anno. 1128. ordo eorum confirmatus eſt ad pugnandum contra Saracenos, ideo ex deuotione totius orbis ad eos exaltati ſunt, & dicti ſunt militia templi, quia in principio habitauerũt iuxta templum. De Templarijs uaria legi: in uita Clementis quinti ſic habetur: Reſcitũ quoq; eodem ferè tpe. 1307. Templarios olim Chriſti milites à noſtris ad Saracenos defeciſſe, ob hanc rem illi interfecti ſunt, qui cõprehendi potuerũt: eorũq; bona partim Rhodijs militib. qui inſulã pauloañ occupauerũt, ptimq; nouis religionib. ſunt attributa. Et infra: Tẽplarios ſuſtulit i maximos errores

prolapſos, Chriſtum, ſcilicet, abnegantes &c. & alij arti culi hæreſum eis opponebantur, quod conſpuebant in crucem Chriſti, & quod profeſſio eorum eſſet profana, & quod conſecratio magiſtri eorum fiebat occulte, & quod propter eos terra ſancta eſſet amiſſa. Et dicit Alphar, in ſecundo libro de plan. ec. Templarij propter eorum flagitia ab eccleſia reprobati ſunt. Et ſubito deſtruuntur mirantibus uniuerſis, & magiſter eorum com buritur Paraſius, & multi eorum combuſti ſunt, non tamen confeſſi ſunt illa crimina, quæ iniuſte eis obiecta erãt. Sic Antoninus in tertia parte ſpe. ti. 21. eos uidetur excuſare, & qa poſſeſſiones eorum rex Franciæ in ſuo re gno occupauit, ideo poſtea multa paſſus in hac parte. Nihil diffinio utrum ſint hæretici uel non, ſtetit tamen or do eorum ferme annis. 184.

Tertullianiſtæ uel Tertullianitæ dicti à Tertulliano presbytero Africę prouincia ciuitatis Carthagiñ. animã immortalem eſſe, ſed corpoream prædicantes, & animas peccatorum hominum poſt mortem in dæmonem conuerti putantes ſecundum Iſido. Et deum corporalibus liniamentis figurabant, ut dicit Thomas primo con tra gent. cap. 21. & dicit Auguſtinus: Tertulliani multa leguntur opuſcula elegantiſſime ſcripta, ſed paulatim defecerunt. Et tranſiens ad Cataphrygas, quos ante deſtruxerat, cœpit etiam ſecundas nuptias contra apoſtolicam doctrinam tanquam ſtupra damnare, & poſtmodum etiam ab ipſis diuiſus ſua conuẽticula, ꝓpagauit, ſtatum animæ credit per traducem propagari. Et fuit Tertullianus uicinus apoſtolorum temporibus Carthagiñ. ſecutus Montanum, & ſecundum Hieronymum ad Titum primo ſcripſit de monogamia librum hæreticum, quem Apoſtolo cõtraire, nemo qui Apoſtolum legerit ignorabit. Hieronymus de uiris illuſtribus in cap. de Mi litone Aſiano: Tertullianus uſq; ad mediam ætatem pſ̃byter fuit eccleſiæ Africæ in Numidia, poſtea contumelia clericorum Rom. eccleſiæ ad Montani dogmata de-

lapſus eſt. Et di.15.cap.ſancta Roma. Opuſcula Tertulliani ſiue Africani ſunt apocrypha, & ſeptem libros ſcripſit aduerſus eccleſiam pro Montano. Hieronymus in epiſtola cōtra Elphidium, De Tertulliano quidē nihil amplius dico quàm eccleſiæ non fuiſſe.

Timotheus, Apollinaris hæretici diſcipulus, profanus, ineruditus. Hunc Damaſus urbis Romæ pontifex cum impio eius dogmate damnauit tanquam ſerpentem antiquum, alienum ab eccleſia. Hic & iudicio Apoſtolicæ ſedis præſente quoq; Petro Alexandrinæ ciuitatis epiſcopo cum Apollinari doctore ſuo damnatus eſt, & in die iudicij tormenta debiti ſupplicij ſuſtinebit, ut dicit.9.lib.hiſt.tripar.cap.15.

Timotheus alius fuit tempore Bonifacij primi, qui dixit Chriſtum uerum deum & hominem quidem eſſe, ſed addidit dicendo diuinam naturam conuerſam eſſe in humanam.

Timotheus alius, ſecundum Gennadium, extincto ab Alexandrinis Prothereo epiſcopo. Hic in locum occiſi intruſus eſt, & quia plebs Prothereum exoſum habuerat, ideo Timotheus ad habendum gratiam plebis omẽs quibus ille communicauerat Neſtoreos eſſe pronuntiat, & maculam conſcientiæ temeritate abluendam præſumens, ſcripſit ad Leonem imperatorem libellum ualde ſuaſorium, quem prauo ſenſu patrum teſtimonijs intantum laborare conatus eſt, ut ad decipiendum imperatorem & ſuam hæreſim conſtituendam pene Leonem urbis Romæ pontificem & Chalcedonenſem ſynodum, ac totos occidentales epiſcopos illorum adminiculo Neſtorianos oſtenderet, ſed fauente deo à Chalcedonenſi concilio hoſtis eccleſiæ coarguitur & confutatur. Vnde & hoc in exilio iam hæreſiarches dicitur & habetur. Hinc appellati ſunt Timothiani hæretici, qui ita carnem uerbum factum dicunt, ut manente uerbo in ſua ſubſtantia & homine in ſua natura ſocietate non commixtiōe unā filij dei rediſſe perſonam.

Teruidus hæreticus, eodem & ſimili errore defecit ſicut Baſilides, Ebion, Paulus Samoſetanus, & Bonoſius, ut dicit Gelaſius, ut habetur diſtinctione. 15. Sancta Romana.

Troianus hæreticus, de quo ſanctus Hilarius in epiſtola ad Donatum diaconum: Vbi quæſo falſitas Troiani, procacitas Faſti & cætera? Reuera ammodo non comparent.

Tritoitæ ſunt uocati Tricolitæ, quia ſicut tres perſonas in trinitate, ita treis deos aſſerunt eſſe contra illud quod ſcriptum eſt: Audi Iſrael, dñs deus tuus unus eſt. Quære ſupra in Gnoitis.

Toſſepini hæretici, excommunicantur extra de hæ. c. excommunicamus. Et nullibi adhuc reperire eorum hæreſes potui.

Turilupini, hi tenent omnes errores quos & Begardi, qui dixerunt non eſſe orandum uocaliter, ſed mentaliter tantum in quadam libertate ſpiritus, quam dicunt non ſubijci præceptis diuinis. Hinc dicit Iohannes Gerſon in ſermone de ſancto Ludouico rege Francorum, quod Turilupini dicebant de nulla re naturaliter data erubeſcendum eſſe, quemadmodum Cynici philoſophi more canum, dicebant eſſe uiuendum palam in nuditate & exercitio membrorum pudendorum. Et idẽ Iohannes Gerſon in de examine doctrinarum, conſideratione ſexta: Sicut nulla uehementior quàm luxurioſa libido, ſic ad errandum falſumq́ue docendum, nulla pernicioſior, patuit in ſectis Turilupinorum quorum ſequaces non deſunt uſque, quando & ubi latere putauerint, ſerpunt ubilibet. Epicurei ſub tunica Chriſti, qui in mulierculis primo deuotionem fingẽtes ſpecietenus paulatim eis fidem antequam lumen & oculos tollere quærant, quatenus eas licentius ad deſideria ſua maligna proſtituant.

VAleſij ſeipſos caſtrant, & hoſpites ſuos, hoc modo exiſtimantes deo debere ſe ſeruire. Alia quoque

hæretica docere dicuntur & turpia,ſed quæ illa ſint,nec ipſe commemorat Epiphanius,nec uſpiam potui reperire, ut dicit Auguſtinus de hæreticis. Et Leo Papa in epiſtola ſcripta ad imperatorem Conſtantinum dicit, Valeſij hoſpites ſuos caſtratos etiam ad epiſcopatum ꝓmouebant.

Valeſij ſunt ſimiles ſacerdotibus Cybeles,qui realiter in templis ſe caſtrant,plangentes factum. At is pulcherrimi iuuenis,ſecundum poetas, qui uotum caſtitatis fecit Berecynthię matri deorum omnium: & quia pactum nō ſeruauit ex ultiōe à dea illa caſtratus eſt,de hoc Aug. ſecundo lib.de ci.c.4.

Vadiani dicunt deum corporalibus liniamentis figuratum,contra hos & ſimiles hæreticos,arguit beat⁹ Thomas primo contra gen.cap.20. Epiphanius nominat eos ſchiſmaticos,alij autem Anthropomorphitas,quoniam deum ſibi fingunt cogitatione carnali in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, quod ruſticitati eorum tribuit Epiphanius,eos autem ſeparaſſe ſe dicit à cōmunione noſtra,culpando ep̄os diuites,& paſcha cum Iudęis celebrādo.Sed dicit glo. ſuper Amos.2.Oſſa regis Idumeæ comburit,qui de maieſtate dei male ſentiens deum in modum humani corporis cogitat quaſi membris diſtentetur & uideat & audiat ut homo.

Valens imperator Arrianus,multos martyres fecit in Aegypto catholicos perſequendo, & monachos ad militandum reuocauit,ſub Damaſo Papa. Hierony.ad Heliodorum epitaph. Nepot. Valens Gothico bello uictus eſt in Thracia: hic uerificatur illud Amos ſecundo: Tenens arcum non ſtabit,id eſt, aliquis hæreticus q fruſtra tendens arcum,dei ſagittas ſuſtinere non poteſt.Et narrat Paulus diaconus libro undecimo : Valens frater Valentiniani imperatoris egregij,ab Eudoxio Arrianæ hęreſis epiſcopo baptizatus, in ſęuiſſimam hæreſim lapſus eſt. Sed teſte Oroſio à Gothis uulneratus, iuſto dei iudicio concrematus eſt. Et idem dicit Oroſius: Valens ad

huc uiuente fratre Valentiniano in ſocietatem imperij aſſumptus eſt, ab Eudoxio Arrianæ dogmatis aſſertore baptizatus. Sed malignã inſectationem diu texit ne uoluptati poteſtatem admiſceret, qui adhuc uiuentis fratris autoritate compreſſus eſt, ſed eo mortuo cum etiam impie agere potuiſſe nõ erubeſceret, ilico effrenata audacia legem dedit, ut Monachi ad militandum cogerentur. Et in Aegypti ſolitudinibus multa ſanctoꝝ agmina monachoꝝ ab eo interfecta ſunt.

Valentiniani, anno. 144. ſub Antonio Pio & Teleſphoro Papa uſq; ad Anicetum, à Valentino quodam Platonico ſectatore uocati, qui æonas, id eſt, ſecula quædam in origine dei creatoris induxit, Chriſtum quoq; de uirgine nihil corpis aſſumpſiſſe, ſed p eã quaſi fiſtulam uł p riuum tranſiſſe aſſeruit, & quod uerbum dedit cauſam creatori quod mundum crearet. Hic ſicut Martion dicit qđ eſt deus qui non punit, & alius qui punit, de hoc Thom. tertio con. gen. c. 140. & Polycarpus in epiſtola ad Phił. Omnis qui non cõfitetur Ieſum Chriſtum in carnem ueniſſe, hic Antichriſtus eſt. Et poſuit duos baptiſmos, & ſecula eſſe animalia. Hieronymus ſuper Oſee, Nullus poteſt hæreſim ſtruere, niſi qui ardentis ingenij eſt, & habet dona naturę, q̃ à deo artifice ſunt creata, talis fuit Valẽtinus, talis Martion, quos doctiſſimos legimus. Et glo. ſuper Malac. tertio: Ergo nunc beatos dicimus arrogantes, dicit: Poſſunt hæc de hæreticis referri, Martione & Valentino, & cunctis qui non recipiunt uetus teſtamentum contra creatorem loquuntur, & proficiũt in ſua impietate, & multos ſocios ſceleris habent. Valentinus. 30. æonas poſuit, quorum principium eſſe profundum & ſilentium, quod profundum etiã patrem appellat, & Chriſtum à patre, id eſt, ſilentio & profundo miſſum. Spirituale & cæleſte corpus ſecum attuliſſe. De triceſimo ſeculo dicit diabolum genitum, & à diabolo alios natos qui fecerunt hunc mundum & ideo malitiam non arbitrio tribuit, ſed naturæ mundi, id eſt, genere diabolico.

Carnis reſurrectionem negat. Animam tãtum affirmat per Chriſtum ſaluari.

Vrſatius epus Priſcillianiſta, accuſator Priſcilliani, de quo ſupra in Itatio.

Valens, Vrſatius, Arriani, qui gloriantur & non dubitant ſe dicere Chriſtianos profitentes, quoniam Chriſt⁹ uerbum & ſpiritus eſt uulneratus & interfectus & mortuus, quodq; cohors hæreticorum diuerſas eſſe patris & filij & ſpirituſſancti pronuntiat ſubſtantias, & eas eſſe diuerſas, ut dicitur quarto libro hiſtoriæ tripar. cap. 24. Hos duos & alios plures damnauit cõcilium Arimineñ. eo quod Arrianum dogma anathematizare nolebant. Contra Vrſatium & Valentem, Athanaſius Alexandrinus ſcripſit libꝝ, & Hilarius hiſtoriam Arimineñ. & Fereticeñ. ſynodi cõtinentem libꝝ ſcripſit.

Victorinus Pictabonenſis epiſcopus, in ſententia Milliarioꝝ ponentium iudaicas fabulas ſecundum Hiero. ſuper Ezechielem.

Vrſicinus Arrianę factionis hæreticus fuit, Hieronymus ad Damaſum: abſit à Roman. ſede, ut iungatur cum beatitudine tua Vrſicinus & cum Ambroſio ſocietur Auxentius.

Vitalis hæreticus, de quo Hieronymus ad Damaſum: Non noui Vitalem, qui CHRISTI non eſt, Antichriſti eſt.

Vlricus de Morauia presbyter & artium baccalaureus in concilio Baſilieñ. 1433. inter alios errores dixit qđ Iohannes Hus fuit ſanctus deuotus doctor ueritatis, & uitæ laudabilis, & per falſa teſtimonia condemnatus. Cõtra iſtum in concilio arguit Henricus Caldiſen Ordinis noſtri, poſtea magiſter Palatij. Sed uictus in diſputatione fuit, ſed contendere à uerbis non ceſſauit.

Venuſtiani, hi ſunt qui alio nomine dicuntur Paterniani, & ſecundum Aug. in de hæret. Hæreſis Venuſtianorum, à quibuſdam Paternianoꝝ uocatur. Quære ſupra in Paternianis.

Vigilantius, à quo Vigilantiani, natione Gallus Larcelonenſis eccleſiæ quæ in Hiſpania eſt presbyter. Hieronymus ad Riparium & Deſiderium presbyteros: Vigilantius ortus eſt ſubito, qui contra Chriſti ſpiritum martyrum negat ſepulchra ueneranda, damnat uigilias ſanctorum, qui potius uocaretur Dormitantius. De quo ſic beatus Thomas contra impugnantes rel'. Vigilantius qui ueritatem fidei impugnabat, pudicitiam odio habens & in conuiuio ſecularium contra ieiunia ſanctorum declarabat: Hæc ille. Vnde nulla hæreſis niſi propter gulam & uentrem ſeducens mulierculas oneratas peccatis. Et hæretici aſſumunt ſibi linguas ſuas ut cordis uenena ore pronuntient, ergo dicit Hieronymus cōtra Vigilantium: O præſcindendam linguam & in partes & fruſta lacerandam, meam iniuriam patienter tuli, impietatem contra deum ferre non ualui & cætera. Vigilantius non ſolum Iouinianum contentus fuit imitari, conſilium de uirginitate euacuans, ſed ſuperaddere auſus eſt, ut etiam conſilium de paupertate ſeruanda deſtrueret, contra illud Matt. decimonono: Si uis perfe. eſſe & cætera. Et præſumens ſupra uires ſuas homo lingua politus, non ſenſu ſcripturarum exercitatus expoſuit, prauo ingenio ſecundam Danielis uiſionem ſecundum Gennadium. Et idem ſecundum Hieronymum negauit reliquias ſanctorum, cum tamen ſecundum Auguſtinum purpurata eſt uniuerſa terra ſanguine martyrū, & crebreſcunt ſanitates meritis martyꝝ.

Vincentius Donatiſta hæreticus, quem Chriſtiani multum perſequebantur: & Auguſtinus ſcribens contra ipſum, probat nouem rationibus & quatuor exemplis, quod iuſte perſequebantur ipſum Chriſtiani. Vnde .23. quæſtione quarto: nimium ſunt inquieti quos per ordinatas à deo poteſtates ſeculares cohiberi atque corrigi, mihi non uidetur inutile: nam de multorum iam correctione gaudemus.

Viuitarij quondam erant idololatræ, qui adhuc re.

manſerunt in certis partibus aquilonaribus, & uidentur Chriſtiani, ſed ſunt hæretici, ſic dicti, quia illud uiuum quod eis primo occurrit qualibet die, uenerantur ut deū ſuum pro illa die.

Valdenſes, quomodo hi ortum habuerunt, quære ſupra in Pauperibus de Lugduno, ſed Aeneas Syluius de origin. Bohemo. capit. 35. dicit quod huius peſtiferæ & iampridem damnatę factionis Valdēſium dogmata ſunt ut ſequitur:

Romanum præſulem reliquis epīs parem eſſe.

Inter ſacerdotes nullum diſcrimen.

Presbyterum non dignitatem, ſed uitæ meritum efficere potiorem.

Animas è corporibus excedentes, aut in æternas eueſtigio pœnas mergi, aut ꝑpetua conſequi gaudia.

Purgatorium ignem nullum inueniri.

Vanum eſſe orare pro mortuis, & auaritiæ ſacerdotalis inuentiuum.

Dei & ſanctorum imagines delendas.

Aquarum, palmarū'ꝗ; benedictiones irridendas.

Mendicantium religiones, malos dæmones inueniſſe.

Sacerdotes pauperes eſſe debere, ſola contentos eſſe eleemoſyna.

Liberam cuiꝗ; prædicationem uerbi dei patere.

Nullum capitale peccatum quantumuis maioris mali uitandi gratia tolerandum.

Qui mortal' culpę reus ſit, eum neꝗ; ſeculari, neꝗ; eccleſiaſtica dignitate potiri, neꝗ; parēdum ei.

Confirmationem quam chriſmate pontificis inducunt, & extremam unctionem inter eccleſiæ ſacramēta minime contineri.

Auricularem confeſſionem nugacem eſſe.

Sufficere ſua quenquam deo in cubili ſuo confiteri peccata.

Baptiſma fluuialis undę, nulla interiecta ſacri olei mixtura recipiendum.

Cœmiteriorum inanem uſum quæſtus cauſa repertum, quacunq; tellure humana corpora nil diſtare.

Templum dei late patentis ipſum mundum eſſe.

Coartare maieſtatē eius qui eccleſias, monaſteria, oratoriaq́; conſtruūt, tāq; propitior in eis diuina bonitas inueniatur.

Sacerdotales ueſtes, altaríum ornamenta, pallas, corporalia, calices, patenas, uaſaq́; huiuſmodi nil habere momenti.

Sacerdotem quocunq; loco, quocūq; tpe ſacrum Chriſti corpus conficere poſſe, petentibusq́; miniſtrare.

Sufficere ſi ỽba ſacramentalia tantum dicat.

Suffragia ſanctorum in cælis cum Chriſto regnantium fruſtra impetrari, quæ iuuare non poſſunt.

In canonicis horis cantandis dicendisq́; fruſtra tempus teri.

Nulla die ab opere ceſſandum, niſi quæ dominica nunc appellatur.

Celebritates ſanctorum rurſus reijciendas.

Ieiunijs quoque ab eccleſia inſtitutis, nihil ineſſe meriti: Hæc ille.

¶Alanus in primo lib. ſui quadripartiti dicit: Vualdēſes dicunt orationes ſanctorum non prodeſſe uiuis, imò probare contendunt, ꝙ ſancti non orant pro uiuis, & illi ſunt publici hæretici, qui de prouincijs Galliæ, tempore regis Henrici, qui eos cādente claue ſignauit, ſerpebāt in Angliā. Et illis ſe oppoſuit in quadā epiſtola uenerabilis Hildebertus Cenomanenſis.

Vualdemarius reprobus fuit & ſchiſmaticus, extra de ſacra. nō ite. c. à nobis. Quod autem fuerit ſchiſma eius, canoniſtæ non exprimunt. Eſt autem ſchiſma illicita diuiſio per inobedientiam uniabtatæ eccleſię ſanctæ. 23. q. 3. c. inter ſchiſma.

Vueſalien. errores, poſiti ſunt ſupra in Ioh. de Vueſal.

Vuicleffitæ, à quodā Iohāne Anglico, horum inſania incepit primo in Anglia, anno fermè. 1394. Et Ioh. Nider

In form. libro tertio dicit, quod uiuebat in Anglia infra. 60. annos quidam ſacerdos ſecularis artium profeſſor, acer ingenio & eloquentia lepidus, ſed errore ſcriptis & uita nedum hæreticus, ſed hæreſiarcha, Iohannes Vuicleff dictus, qui in ſuis libellis in Anglica & latina doctrina noua, rempu. ſubuertere molitus, & articuli eius ualde occulti ſunt. Hieronymus de Praga in Anglia ſtudens, huius uenenum auide hauſit, & poſtea Pragæ copioſe effudit. Et in de origin. Bohem. cap. 35. Vir quidam genere nobilis ex domo quam putri piſcis uocant, apud Oxoniam Angliæ ciuitatem ſtudens, cum Iohannis Vuicleff libros offendiſſet, quibus de realibus uniuerſalibus titulus inſcribitur, magnopere illis oblectatus, exemplaria ſecum attulit, inter quę de ciuili, de iure diuino, de eccleſia, de diuerſis quæſtionibus contra clerum, pleraque uolumina ueluti pretioſum theſaurum patriæ ſuæ intulit, imbutus ipſe Vuicleffitarum ueneno & ad nocendū paratus, tum quod erat familiæ ſuæ cognomen putridum piſcem, fœtidum uirus in ſuos ciues euomuit, & Andreas de Broda doctor Pragen. natiōe Bohemus, an. 1416. ſcripſit con. errores Vuicleff, & Iohan. de Rachuſio patriarcha Ordinis Prædicat. oſtendit bullam autenticam in concilio Baſilien. continentem. 40. articulos ab eccleſia damnatos, ex libris Iohannis Vuicleff tractos, & in de origin. Bohem. cap. ſupra. Subinco cognomento lepus, claris parentibus apud Bohemos ortus, tūc temporis Pragen. eccleſiam pontificio tenebat, concilio & animo illuſtris, qui orienti calamitati obuiam ire cupiens priusq̄ amplius debaccharetur, libros Iohan. Vuicleff ad ſe ferri, omnesq; doctorum uirorum conſilio adhibito, publice cremari iuſſit, ſupra ducēta uolumina fuiſſe traduntur pulcherrime conſcripta.

ARTICVLI IOHANNIS VVICLEFF condemnati in Concilio Conſtantien. numero .45.

Subſtantia panis materialis, & ſimiliter ſubſtantia uini materialis remanet in ſacramento altaris.

Accidentia panis non manent ſine ſubiecto in eodem ſacramento.

Chriſtus nō eſt in eodem ſacramēto identice & realiter in ꝓpria præſentia corporali.

Si eṗs uel ſacerdos exiſtat in pc̄cō mortali, non ordinat, nō conſecrat, nō conficit, non baptizat.

Nō eſt fundatū in euang. ꝙ Chriſtus miſſam ordinauit.

Deus dedit obedire diabolo.

Si homo debite fuerit cōtritus, cōfeſſio exterior eſt ſibi ſuperflua & inutilis.

Si Papa ſit præſcitus & malus, & per cōſequēs mēbꝝ diaboli, nō habet ptātem ſuper fideles ab aliq̄ ſibi datam, niſi forte à Cæſare.

Poſt Vrbanum.6. nō eſt aliqs recipiēdus in Papā, ſed more Græcoꝝ uiuēdum eſt moribus ꝓpriis.

Cōtra ſcripturā Eccleſiaſticā eſt ꝙ uiri eccleſiaſtici habeant poſſeſſiones.

Nullus prælatus debet aliquem excommunicare, niſi ſciat prius excommunicatum à deo, & qui ſic excōmunicat, fit ex hoc hæreticus & excōmunicatus.

Prælatus excommunicans clericum, qui appellauit ad regem uel ad cōcilium regni, ipſe traditor eſt regis & regni.

Illi qui dimittunt prædicare, ſiue uerbum dei audire, propter excommunicationem hominum, ſunt excommunicati, & in die iudicii traditores CHRISTI habebuntur.

Licet alicui diacono uel presbytero prædicare uerbum dei abſq; autoritate ſedis Apoſtolicæ ſiue epiſcopi catholici.

Domini temporales poſſunt ad arbitrium ſuum auferre bona tēporalia ab eccleſia, poſſeſſionatis habitualiter delinquentibus, id eſt, ex habitu non ſolum actu delinquentibus.

Populares poſſunt ad ſuum arbitriũ dominos delinquentes corrigere.

Decimæ ſunt puræ eleemoſynæ, & parochiani poſſunt propter peccata ſuorum prælatorum ad libitum ſuum eas auferre.

Speciales orationes applicare uni perſonæ per prælatos uꝉ religioſos, nõ plus proſunt quàm generales cæteris paribus.

Conferens eleemoſynam Fratribus, eſt excommunicatus eo facto.

Si qs ingredit̃ religionẽ priuatã q̃lemcunq; tam poſſeſſionatoꝝ q̃ m ẽdicantiũ, reddit̃ ineptior & inhabilior ad obſeruationes mandatoꝝ dei.

Sancti inſtituentes religiones priuatas, ſic inſtituendo peccauerunt.

Religioſi uiuentes in religionibus priuatis, non ſunt de religione Chriſtiana.

Fratres tenent̃ per labores manuum uictum acquirere, & non per mendicationem.

Omnes ſunt ſimoniaci, q ſe obligant orare ꝓ alijs, eis in temporalibus ſubuenientibus.

Oratio præciſe nulli ualet.

Omnia de neceſſitate abſoluta eueniunt.

Confirmatio, ieiunium, clericorum ordinatio, locorum cõſecratio, reſeruantur Papæ & ẽpis, propter cupiditatem lucri temporalis & honoris.

Vniuerſitates, ſtudia, collegia, graduationes & magiſteria, in eiſdem ſunt uana gentilitate introducta, & tantum proſunt eccleſiæ ſicut diabolus.

Excommunicatio Papæ uel cuiuſcunq; prælati, non eſt metuenda, quia eſt cenſura Antichriſti.

Peccant fundantes clauſtra, & ingredientes ſunt uiri diaboli.

Ditare clerum, eſt contra regulam Chriſti.

Syluester Papa & Conſtantinus imperator, errauerunt eccleſiam dotando.

Omnes de ordine mendicantiū ſunt hæretici, & eis dantes eleemoſynam ſunt excōmunicati.

Ingredientes religionem, aut aliquem ordinem, eo ipſo inhabiles ſunt ad obſeruandum diuina præcepta, & per conſequens ad perueniendum ad regnum cælorū, niſi apoſtatauerint ab eiſdem.

Papa cum omnibus ſuis poſſeſſiones habentibus, ſunt hæretici, eo quod poſſeſſiones habent, & omnes conſentiētes eis. ſ. domini ſeculares & laici cæteri.

Eccleſia Ro. eſt ſynagoga ſatanæ, nec Papa eſt immediatus uicarius Chriſti & apoſtolorū.

Decretales epiſtolæ ſunt apocryphæ, & ſeducunt à fide Chriſti, & clerici ſunt ſtulti qui ſtudent eas.

Impator & domini tēporales ſunt ſeducti à diabolo ut eccleſiam ſuā dotarent de bonis temporalibus.

Electio Papæ à Cardinalibus, per diabolū eſt introducta.

Nō eſt de neceſſitate ſalutis, credere Ro. eccleſiam eſſe ſupremā inter alias eccleſias.

Error eſſet, ſi per Rom. eccleſiā intelligatur uniuerſalis eccleſia, aut cōciliū generale, aut pro quāto negaret primatū ſummi pont. ſuper alias eccleſias particulares.

Fatuum eſt credere indulgentias Papæ & epiſcoporū.

Iuramenta illicita ſunt, quæ fiunt ad roborandū humanos cōtractus & cōmercia ciuilia.

Auguſtinus, Benedictus, & Bernardus, damnati ſunt, niſi pœnituerint de hoc quod habuerunt poſſeſſiones, & inſtituerunt, & intrauerunt religiōes, & ſic à Papa uſque ad ultimū religioſum omēs ſunt hæretici. Venerabilis pater Thomas Vualden. Carmelita in libro ſuo de ſacramentalibus longiſſimo protractu diſputat cōtra errores Vuicleffitarum.

Vuenceſlaus Linck doctor cœnobij & ſtudij Vuittenbergenſis, primus regens & prior, & olim uicarius generalis conuentuum Germaniæ eremitarum. Hic relicta conſcientia & ſynceræ fidei profeſſione ad Vuittenbergā ſe tranſtulit, aſylum uidelicet Luteranorū, & ut magi

ſter erroris non apoſtolicis literis auſcultat, ſed ut filius Belial de uenenoſa radice colubri tortuoſi prodijt in regulum in mōte uiperarū. Merito ob id uocitatur Linck, id eſt, ſiniſter, quia à dexteritate fidei declinauit & defecit, lutoſum luciferinum & mendoſum ſemen in plurimos transfundens.

Vuilhelmus de Coſta hæreticus, contra Romanam ecclesiam ſe extollens, & ſe ab ipſa ſeparans: tales em̄ ſchiſmatici & hæretici dicuntur, ſecundum Hoſtien. Vnus fuit princeps Huſſitarum miſſorum ad concilium Baſilien. nō tam equeſtri dignitate quā eccleſiarum diruptione inſignis. Vnde dum uenirent trecenti equites ad Baſileam, fuit concurſus populorum aduentum gentis fortiſſimę expectantium, alij hunc, alij illum digito deſignare, peregrinos habitus, non uiſa prius ueſtimenta mirari, horribiles hominū facies, truces notare oculos, non eſſe alienum dicere ab ea hominum ſpecie facta quæ fama prodiderat, ut dicitur capitu. quadrageſimoquarto de origine Bohemorum.

Vuilhelmus aurifex (teſte Cæſario. 10. diſtinctione dialo. ſui) fuit propheta Almarici & ſuorum ſequacium, qui dicebat quod prælati eccleſiæ eſſent mēbra Antichriſti, & quod Papa eſſet Antichriſtus & Roma Babylon, & nihil horum quæ prædixit euenerat, & cum complicibus Almarici incineratus fuit.

Vuilhelmus de ſancto amore librum ſcripſit contra Mendicantes, concludens hominem non poſſe ſaluari in tali ſtatu, & uoluit quod paupertas habitualis eſt licita, non autem actualis. Quam hæreſim reprobat Thom. opuſculo decimonono capit. 8. Hic fuit perſecutor Fratrum Prædicatorum, & Minorum. Et Alexander quartus in bulla quæ incipit: Roma. pontifex, damnat deteſtabilem librum eius, qui incipit: Ecce uidētes clamabūt foris &c̄. tanquam iniquum, ſceleſtum & execrabilem, & inſtructionem & documenta in eo tradita, utpote praua, falſa, & nefanda de fratrum noſtrorum concilio au

coritate apoſtolica reprobamus, & in æternum condemnamus, diſtricte præcipientes, ut quicunq; libellum ipſum habuerit, eum intra octo dies ex quo huiuſmodi noſtram reprobationem & condemnationem ſciuerit, prorſus in toto & in qualibet ſua parte comburat & abolere procuret. Item in alia bulla quæ incipit: Ex alto fuiſſe & cætera, iubet etiam concremari alios eius libellos in infamiam & detractionem Fratrum Prædicatorũ & Minorum & cætera. Hæc geſta ſunt tempore ſancti Ludouici regis Francorum Anno. 1266.

QVARTVS LIBER, ſecundi & tertij librorum ſuppletiuus.

PROLOGVS.

MALI HOMINES ET SEDVCTOres ꝓficient in peius errantes, & in errorem mittentes. 2. Tim. 3. Hæretici q̃s Paulus ubiq; execrat̃, dicunt̃ per antonomaſiam mali hoĩes, liq̃t hoc ex natura hæreſis, q̃ eſt intolerabilis uipera, immedicabile uulnus, acutiſſimũ tartareũ uenenũ. Hæretici eq̃dẽ filij adulterini, deſertores Chriſtianæ religiõis, in eccl'ia malignãtiũ exorti, q̃s ſecundũ Cyp. diabolus ſuſcitat, & ſub ipſo Chriſtiani noĩs titulo fallit incautos, & noui itineris errore decipit. Hi nõ ſolũ ſunt mali in ſe, & intenſiue hæreſi pertinacit̃ inhærẽdo, ſed & extẽſiue, qa ſeductores alioꝝ q̃s ſeorſum ducunt à uia ỽitatis: ad Ro. 16. Per dulces ſermones & bñdictiones ſeducũt corda innocentium, quoniam proficiunt in peius. Nam hæretici, non ſolum efficaces ſunt ad impietatem hæreſes multiplicando, ſed in errorem mittentes filios & nepotes gignendo, quaſi ramos expandendo, ſermo enim eorum ut cancer ſerpit. 2. ad Titum. 2. A tenebroſo nempe hæreticoꝝ corde non uiuificans pietatis uerbum, ſed mortificans

diaboli doctrina profluit, doloſa omino eſt eoꝝ lingua, & uerba oris eoꝝ quaſi iacula, ſecũdum Cyrillum ſuper Iohãnem. Et dulcis fuit glareis cocyti, & poſt ſe omnem hominem trahit, & ante ſe innumerabiles, Iob.21. Hinc de Hieroboam, q typum hæreſiarcharum gerit, dicitur Eccli.47. Qui peccare fecit Iſrael, & dedit uiam peccandi Ephraim, & quæſiuit omnes nequitias. Et.2.Pet.2. Hi ſunt fontes ſine aqua, & ſuperbia uanitatis loquentes, pelliciunt in deſiderijs carnis luxuriæ eos qui paululum effugiunt. Peſſima autem generatio hæc, niſi reſipuerit, in æternum deſcendet exitium. Iob.27. de impio dicitur: Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt, & nepotes eius non ſaturabuntur pane. Glo. qui hæreticorum generantur prædicatione, uenturi iudicij ſententia feriuntur. His alludit ſimile de Buſyride, de quo Auguſtinus .16. de ciuitate dei, capit.12. Illo tempore uel rex uel potius tyrannus Buſyris dijs ſuis hoſpites ſuos immolabat, quem Hercules interfecit. Et Boetius ſecundo libro de conſo. philoſo. proſa ſexta: Buſyridem accepimus necare hoſpites ſolitũ, ab Hercule hoſpite fuiſſe mactatũ. Hoc modo hæreſiarcha alumnos, quos ſub tugurio ſuo receptat, ſpiritualiter interficiendo dæmonibus offert, ſed tandem Hercules, Gigas infernalis (de quo Iob.16. irruit in me quaſi Gigas) hæreſiarcham perimet. Et quoniam hæretici errant, & in errorem alios mittunt, ideo Paulus Timotheum inſtruit, dicens: Tu uero permane in his quæ didiciſti, & credita ſunt tibi, ſciens à quo didiceris. Et nos maneamus ſub eccleſiæ obedientia, & in noſtro nidulo moriamur, Iob. uiceſimonono. Hæreſis nanque filios degenerare non poteſt, ſecundum Cyprianum ad Pompeium. Hæc pro tanto dixerim. nam in præcedentibus libris multos hæreticos recitaui, eo fine, quo ad Romanos ultimo dicitur: Rogo uos fratres, ut obſeruetis eos, qui diſſenſiones & offendicula, pręter doctrinam quam uos didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis: Sed peramplius reuoluendo codices hiſtoriales, ali-

eos huius generis neq́ homines offendi, quos ſub ordine alphabetico in hoc quarto libro collocaui.

Aceſius, Nouatianorum religionis epiſcopus, uocatur ad concilium à Conſtātino Auguſto. Et cum interrogaretur ab imperatore, cur non cōmunicaret orthodoxis, Ille reſpondit, quod nō oporteat eos, qui poſt baptiſma peccant, quod ad morem diuinæ ſcripturę pronuntiant, communicatione ſacramentorum fieri dignos, ſed inuitandos quidem ad pœnitentiā, ſpem uero remiſſionis non à ſacerdotibus, ſed à deo ſolummodo ſuſtinere, qui ptātem habet peccata dimittere. Hæc cum dixiſſet Aceſius, imperator ait: O Aceſi, pone ſcalam, & ſi potes, aſcende ſolus in cælum.

Adelbertus Gallus, & Clemens Scotus, hæretici, hypocritæ, pietatis in Gallijs hoſtes, plebis & auræ popularis ſtudioſi, ingentem populi turbam ad ſe pelliciebāt, apl'orum ſe ſucceſſores eſſe, de arcanis cæleſtium myſterijs uana, de hominis uita & moribus ineptiſſima diſputabant. Sed Bonifacius archiepiſcopus, tanto periculo occurrēs, Romam ad Zachariam pontificem ſcripſit omnia. Qui ni epiſcoporum concilio rem expoſuit, & ſententiam doctorum hominum aduerſus iſtam barbariem & ueſaniam, ceu contra cacos aliquos, poſcebat. Ibi omnium cō ſenſu, Adelbertus & Clemens ſacerdotio priuati, execrātur, & à communione fidelium eijciunt.

Agrippinus iterati baptiſmi autor, de quo ſcribit Vincentius Lirinen. monachus, dicens: Agrippinus Carthaginen. eps, primus omnium mortalium cōtra diuinum canonem, contra ul'is eccleſiæ regulā, contra conſenſum omnium ſacerdotum, contra inſtituta maiorum rebaptizādum eſſe dicebat. Quæ præſumptio tm̄ mali inuexit, ut non ſolum hæreticis omnibus formam ſacrilegij, ſed etiam quibuſdam catholicis occaſionem præberet erroris. Quapropter Stephanus papa ad Africam ſcripſit epl'am, quod nihil innouandum eſt contra Romanę eccleſiæ autoritatem.

Antharitis nefandiſſimus, ſicut ſcribit Gregorius in regiſtro Longobardorum, filios in fide catholica baptizari prohibuit: pro qua culpa eũ diuina maieſtas extinxit. Ideo ſcribit Gregorius uniuerſis epiſcopis Italiæ, ut filios in hęreſi Arriana baptizatos, ad fidem catholicã concilient.

Aporiti ex concilio Arelatenſi ſi propria lege utunt, & ſi ad eccleſiam aliqui de hac hæreſi uenerint, interrogent noſtræ fidei ſacerdotes ſymbolum: ſi præuiderint eos in patre & filio & ſpũſancto baptizatos, manus eis tm̃ imponãtur, ut accipiant ſpm̃ſanctum. Quod ſi interrogati non reſponderint hanc trinitatem, baptizent.

Armathanus, de quo in. 11. li. de q. Armenorum dixit, quñ ille ſummus ſacerdos erat infirmus, & ſomno nocturno pollutus, ita ut fuerit immundus uſq; ad ueſperam, Leui. 15. alius eo minor offerebat ſuper altare incenſi ueſpere & mane: quia hæc oblatio omitti non poterat. Vnde cõſtat, quod minores ſacerdotes in caſu maiorum exercebant opera ſacramentalia. Et hac uia ſimplex diaconus poſſet miſſas celebrare, peccata dimittere, corpus Chriſti conficere. Et ſimplex ſacerdos poſſet ordinare epiſcopum uice epiſcopi. Et hanc hæreſim ſequitur Vuicleff, quod ſimplex ſacerdos poſſet ſupplere uices epi in ordinãdo. Sed dicit Hiero. in li. triformis interpretationis: Antiſtes ſacerdos dictus, quod ante altare ſtet, primus em̃ eſt in ordine eccleſiæ, & ſupra ſe nullum habet, & latine dicitur, ſacer dux.

Athoici hæretici (ut dicit Papias) animam dicũt perire. Sed contra hunc errorem ſunt infinitę autoritates ſacræ ſcripturæ, quæ immortalitatem animæ proteſtantur. Male igit etiam aſſerebat Arabs, qui animam cum corpore mori dixit, ut patet in Arabicis in. 2. li. De hoc b. Tho. 2. lib. contra gen. c. 79. Dicebant etiam dicti hæretici, oĩa pctã æqualia, contra illud Iohã. 19. qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.

¶Bacchanalium ſecta, quæ olim in Italia, Hetruria, & primo Romæ celebrata fuit, etiam noctu multa uini &

epularum crapula, mulieres maribus mixtæ in abſcondito celebrare, nullo neq; ſexus neq; ætatis reſpectu habito, ad promiſcua puerorum ac patronarum ſtupra, atq; aliorum flagitiorum, quæ ex ipſis tanq̃ ex officina quadam prodibãt. Quorum ſacrorum capita, Marcio Philippo & Poſthumo Albino conſulibus, Romæ capitali ſunt ſupplicio affecta, ut Sabellicus ſcribit.

Balthaſar Hiebmayer, qui iam ſe Fritberger nominat, nouitius hæreticus: hic negat uenerationem imaginum ſanctorum, hoc beanicum argumentũ faciens: Aut præceptæ ſunt imagines, & tunc oſtendat ſcriptura: aut non ſunt præceptæ, & tunc nihil ualent. De hoc Iohannes Eckius in Enchiridio.

Baſilides epiſcopus hæreſiarcha, alius ab illo Baſilide, ut ſupra in ſecundo libro, qui ſecundum Cyprianum in epiſtola ad Felicem presbyterum, ab epiſcopatu depoſitus eſt. Et quidam nomine Sabinus in locum eius ordinatus eſt, ꝙ Baſilides poſt crimina ſua detecta Ro. pergebat. ut ambiret reponi ſe iniuſte in epiſcopatum, de quo fuit iuſte depoſitus, & ad ſuperiora eius peccata etiam fabulæ & circumuentionis crimen acceſſit. Et Baſilides & Martialis nephãdo idololatriæ libello cõtaminati ſunt. Inſuper Baſilides adhuc præter libelli maculam, cũ in infirmitate decumberet, deum blaſphemauit.

Beſer, à quo appellati ſunt Beſeritæ, de hoc Sigibertus: Leo imperator, à quodã Beſer refuga fidei ſeductus, contra imaginem Chriſti & ſanctorum eius bellum indicit, easq; ubiq; deponi, & incidi edicit: pro quo errore cum Gregorius papa ſcriptis multum quidem, ſed in uanum redarguit.

Burgandus hæreticus, uir nephandus, de quo. 12. quæſtio. 2. c. de uiro, dicit: quod cum Frontarius Burdegalenſis archiepiſcopus, iturus ad ſanctorum Petri & Pauli limina, in quadam uilla ſuæ eccleſiæ celebraret diuina, & populum ſaluberrimis dogmatibus erudiret, Burgandus inſidians ei, cum complicibus ſuæ malitiæ, rabie inſanata

commotus, uenit in præfatam uillam, & ſacra uaſa dominici corporis, & ſanctum chriſma pollutis manibus, quaſi eſſent prophana, dæmoniaco auſu arripere p̄ſumſit, & rapuit.

Caliſtus, de hoc in canonibus Syluestri papę ſic habet: In primo arbitror Caliſtum damnari, ut noſtro ſermōe corroberet examen: quia ſecutus eſt ita dogma Sabellicanum, ut arbitrio ſuo unam perſonam eſſe trinitatis: non em̄ coæquat patri filium & ſpm̄ſanctum.

Caius Pannonius hæreticus uno ſpū cum Arrio motus, anathematizatus eſt in ſynodo Nicena, quæ eſt trophæum aduerſus omnes hæreſes, præcipue contra Arrium, propter quem maxime ſynodus congregata eſt.

Caſpar Hedio, archiſynagogus Argentinenſis, ubi ſedem ſatanæ poſuit: & in hac ſynagoga cancer ſerpit, hydra ſibilat, Sinon uictor incendia iactat. In hac cathedra peſtilentiæ ſedent, Vuolffangus Capito, Matthæus Zeller, Simphorianus Pollio, Theobald' Niger, Iohānes Latomus, Anthonius Syrn, Martinus Hog, Martinus Butzer. Sed quia Argentinenſis eccleſia plurimos catholicos & ſanctos epiſcopos habuit, uidelicet Amandum, Iuſtum, Maximinum, Valētinum, Solarium, Arbogaſtum, Florentium, Rodolphum, Henricum & cæter. & ſi modo per Luteranos eadem eccleſia tempeſtates ſuſcipiat, non tamen tandem demergetur. Et ſi iacula hæreticorum in eam iactantur, nec perforabitur, ſi machinamenta præparantur. Sed pharetram ſuam tandem diabolus euacuabit, & hæretici de ea eijcientur. Huius Hedionis errores trahuntur ex epiſtola, quam ſcripſit ad Ryncko uiam. Mendacium loquitur contra prælatos eccleſiæ, quod ſcilicet prohibeant prædicare uerbum dei. Auſert omnem mendicitatem quæ fit oſtiatim. Et dicit eam prohibitam in lege & euangelio. Negat ſacerdotibus deberi decimas, niſi laborent in uerbo prædicando populo. Et dicit nobiles & ciues plus peccaſſe pro-

les ſuas inducēdo ad religionem ſeu clericalem ſtatum, q̃ ſi mille gladijs tranfodiſſent eas, & eas inferni abyſſo tradidiſſent. Dicit pontificum concilia & patrum decreta nō eſſe curāda uel audienda, & in fine ſubmittit ſe correctioni, poſt effuſionem ueneni, ut impleatur illud Diogenis: Poſt bellum ſuppetiæ.

Celſus, de quo Hieronymus in epiſtola ad Marcū oratorem dicit; Scripſerunt contra nos Celſus & Porphirius. Priori Origenes, alteri Methodius, Euſebius, & Apollinaris fortiſſime reſponderunt.

Claudius, de quo Iuo Carnotenſis ad finem chronicarum ſuarū ſcribit: Theodolpho Aurelianenſi ep̄o ſucceſſit in epiſcopatu Ionas uenerabilis. Hic qui contra Claudium Thaurinenſem epiſcopum hæreſiarcham librū edidit de adoranda cruce: dogmatizauit eñ memoratus hæretic⁹ crucis dominicę ſignum nō oportere adorare, q̃d niſi adhibeať frōtibus, ſiue aquis, quibus regn̄amur, aut chriſmati, quo uegetamur, nihil rite perficiť. Sed prædictus Ionas ep̄s ſatis lucide catholiceq́ in illo inſigni reſpondit libello.

Clemens Scotus, iſte concurrit in hęreſi cum Adelberto, quære ſuprà. De his duobus narrat Io. Nauclerus, præpoſitus Tubingē. in lib. ſuo qui dicitur Chronographus Naucleri.

Creſcens Cynicus, guloſus, mortis timidus, luxurioſus, & libidinum appetentiſſimus, Chriſtiq́ blaſphemus: huncq́ impugnauit Iuſtinus philoſophus ex Neapoli urbe Palęſtinæ. De hoc in uita Teleſphori papæ ſcribit Platina: Et Creſcentis ſtudio & inſidijs Iuſtinus accuſatus ꝙ Chriſtianus eſſet, pro Chriſto ſanguinem fudit.

Cumani in multis errant: quidam colunt idola, quidā obſeruāt quod quicquid mane prius eis occurrerit, reputant deum, quidam confitenť unum ſummum deum, ſed illum ignorant, quidam obſeruant conſuetudines & ritus græcorum.

¶Diopetres hæreſiarcha, tempore primitiuæ eccleſię

noua docendo primatum ſibi uſurpauit: erat enim eius doctrina hęretica, quod prohibebat ne cura humanitatis impenderetur fratribus peregrinis. De quo Iohan. in canonica ſua. 3. Diopetres non recipit nos, propter hoc cōueniam eius opera quę fecit, uerbis malignis garriens in nos, & quaſi ei iſta non ſufficiant, neq; ipſe ſuſcipit fratres, & eos qui ſuſcipiunt ꝓhibet, & de eccleſia eijcit. Vbi dicit Beda: Diopetres erat hæreſiarcha temporis illius, ſuperbus & inſolens, malens noua docendo primatum uſurpare ſcientiæ, quàm antiquis ſanctæ eccleſiæ, quæ Iohannes prædicabat, auſcultare mandatis. Vnde bene Diopetres inſulſus ſiue decor inſaniēs, ut perfidiam cordis etiam nomine ſignificet.

Dionyſius quidam, de quo in lib. eccleſiaſticorum dogmatum, qui fuit fons Arrij. Poſuit in trinitate creatum & ſeruiens quid.

Dionyſius Schuuartzman, id eſt, niger uir. ſm Ignatium enim in epiſtola ad Epheſios: Omnis hæreticus eſt nigriformis. Hic Dionyſius immemor ſalutis animæ ſuæ, à uoto profeſſionis ſuę apoſtatauit. Et Ignatius ubi ſupra. Hæreticus plenus eſt falſiloquio, immēſuratus æneo, q͂ꝛ regulā Chriſtianæ religionis reliquit. Et hic lubricus ſeductor uxorem duxit, in hoc quod inſecutus eſt doctrinam Nicolaitarum. Leo papa ad Conſtantinum imperatorem: Nicolaitæ nuptias ſacerdotibus concedebant, q͂s Ignatius uitare docet in epiſtola ad Trallianos: Fugite illos immūdiſſimos Nicolaitas, libidinis amatores. Et ſic. 2 Reg. 7. dicitur: Iſta eſt lex Adam dn̄e deus. ſ. ut ſeruiamus tibi in ſimplicitate & puritate cordis & corporis. Hic Luteranus lapis offenſionis & petra ſcandali mala uerba ſeminat Francfordiæ Mogoni.

Elaboraſii ſecundum Guidonem carmelitam, ſequuntur Valentinianos, qui uitam & geneſim, id eſt, generationem hominum ſeptem ſideribus affirmantes conſiſtere, & reprobantur ſicut Valentiniani.

Ethnici, ut Theophilus Alexandrinus epiſcopus ſcribit in tertio libro Paſchali, idola conſtituunt, fabricãtes in hominum ſimilitudinẽ idola, & inuiſibilem blaſphemantes deum, dum formam & membra & organa genitalia in eis eſſe confingunt, nunc uirum, nunc fœminam confitentes, & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis.

Euariſtus autor ſchiſmatis, de quo Cyprianus epiſtola 8. Cepimus Euariſtum de epiſcopo nec laicum remãſiſſe, cathedræ & plebis extorrem, & de eccleſia Chriſti exulem, per alias longe prouincias aberrare, & ipſius fidei & ueritatis naufragium factum, circa quoſdam ſui ſimiles paria naufragia concitare. Et idem lib. 3. epiſtola duodecima: Maiora uero & grauiora hæc deſignauit malitia, & inexplebili prauitate ſua, ꝗ quæ illic apud ſuos ſp exercuit, ut ſcias duces & protectores ſchiſmaticos, & hæreticos lateri ſuo ſp iunctos habuit.

Eutichius, epiſcopus Conſtantinopolitanus, circa reſurrectionem corporum errauit. Dicebat eñ corpus noſtrum in illa reſurrectionis gloria uento aereq́ꝫ ſubtilius futurũ, ob eam rem tangi non poſſe, contra illud dominicum: Palpate & uidete &cæ. Quem ſanctus Gregorius adhuc diaconus, Conſtantinopolim ueniens adhuc legatus, præſente Auguſto diſputatione conuicit, ut omnia quæ in libro ſuo de reſurrectione cõſcripſerat, retractare coactus ſit.

Euangelici hæretici dicti, conſimili appellatione qua & Angelici & Apoſtolici hæretici nũcupati ſunt, à Martino Lutero, qui ſe inaniter euangeliſtam nominat, quaſi eccleſia catholica recipiat quintum euangeliſtam. Nec ipſe facit opus euangeliſtæ, ſed ſub hoc ſancto & nobili titulo multos fefellit. Sed. 2. ad Theſſalonicenſes ſecundo dicitur: Vocauit uos per euangelium noſtrum in acquiſitionem gloriæ domini noſtri Ieſu Chriſti. Sed iſti Euãgelici trahunt hominem in laqueum mortis æternæ. Et item euãgeliorum præcepta, dum dociles credentium

mentes in terris inſtruũt, ad cæleſtia regna perducunt. Hi euangelium exaltant, quaſi multis annis ſub ſcamno latuiſſet, ſed in ueritate ſunt euangelij perſecutores & deſtructores, dum illud operibus ſuis malignis diſſipant, & odiorum ſtimulis contra charitatem & ueros Chriſtianos incandeſcunt. Euangelium enim non docet ſchiſmata & diuiſiones in eccleſia concitare, quia eſt euãgelium pacis: quomodo ergo poteſt dici euangelicus, qui ſolum fidem ſine operibus euangelicis aſtruit, ſufficere ad ſalutem? ſic enim ſequeretur, quod latrones & prædones ſaluarentur.

¶Fecianus tria & barbara principia introduxit, ſicut & Theodoſius & Manichæi duo principia poſuerunt, ut dicit in lib. de eccleſiaſticis dogmatibus.

Felix Nouatianus, hunc notat Cyprianus lib. 1. epiſt. dicens: Venerat etiam cum illo priuato hęretico quidam Felix, quem ipſe extra eccleſiam in hæreſi pſeudoepiſcopum olim cõſtituerat. Sed & Iouinus & Maximus comites cum præfato hæretico adfuerunt, ob nefanda ſacrificia & crimina in ſe prolata, ſententia nouẽ collegaꝝ noſtrorum condemnati. Et iterata quoq; à pluribus nobis anno priori in cõcilio abſtenti. Cum his autem quatuor iunctus Repoſitus, de quo infrà. Hi quinq; cum paucis ul ſacrificantibus, uel male ſibi conſcijs Fortunatũ ſibi pſeudoepiſcopum coaptarunt, ut criminibus in unũ cõuenientibus talis eſſet rector, quales hi qui reguntur.

Feliciſſimus Nouatianus, de quo Cyprianus, ut ſupra: Significaſti Feliciſſimum, hoſtem Chriſti, non nouũ, ſed iãpridẽ ob crimina ſua plurima & grauiſſima oſtẽſum, & non tm̃ mea, ſed plurimoꝝ coepiſcopoꝝ ſententia cõdemnatum & reiectum, & à te illic eſſe ab eccleſia ꝓhibitũ, & pulſum ab ecclia, ne ſchiſmatis & diſſidij autor, ne ſtuprator uirginũ, ne matrimonioꝝ depopulator atq; corruptor, adhuc ſpõſam Chriſti incorruptã, ſanctã, pudicam, impudicitiæ ſuæ dedecore, & impudica & inceſta contagione uiolaret.

Gaianæ hęreſis de qua ſic ſcribit Tertullian⁹ in li. de prę-ſcriptionibus hæreticoꝝ.
Iohannes in Apocalypſi idolothyta edentes & ſtupra cō mittentes iubet caſtigare, ſunt & nunc aliꝗ Nicolaitæ, & Gaiana hæreſis dicitur. At in epiſtola eos maxime Anti chriſtos uocat, qui Chriſtum negarent in carne ueniſſe, & qui non putarent Chriſtum eſſe filium dei.

¶Geniſtæ, hæretici Iudæorum, dicti, quia ſe de ge nere Abrahæ eſſe teſtantur, ſecundum Papiam in Ele mentario ſuo.

Georgius Cappadox Arrianus, de quo ſcribit Athana ſius libro quem de fuga ſua ſcripſit: Huius Georgij com munionem omnes declinarunt, ſed hoc agnoſcens ille nequiſſimus, ipſe concitauit Sebaſtianum ducem Mani chęum, qui in Alexandria cum multitudine militum ar ma, gladios euaginatos, arcus, ſagittasq́; ferentium fa cto impetu ſuper populum irruit, peſſima geſſit in ca-tholicos, miſerabiliter eos tormentando, & epiſcopos in exilium mittendo, ut ſi ipſi poſſent amputarent peni tus ueritatem.

Genethliaci, Noſtram uoluntatem dei dono liberā, fato ſideribusq́; ſubijciūt, Et Chriſtum aſtrorum diſpo ſitionibus ſubiacuiſſe contendunt, Et hoc quod dicitur Iohannis quinto: Nemo miſit in illum manus, quia non dum uenerat hora eius, illa ſcilicet hora fatalis quam aſtra deſignauerunt ſuæ morti. Ex illo quoq; uerba Io hannis ſecundo, nondum uenit hora mea, contendunt horam à ſtellarum diſpoſitione præſcriptam fuiſſe, qua Chriſtus diuinitatis ſuæ potentiam per miracula mani feſtare inciperet: quæ quoniam nondum uenerat, nō po tuit petitione ſuæ matris tunc acquieſcere. Et dicunt in natiuitate eius ſtellam magis apparuiſſe, quæ ſui ortus præſciuit iudicium. Et hanc ei fatalem nataliciāq́; fuiſſe confingunt, quæ certis collata ſideribus ortui eius iam pridem eſſet deſtinata. Sed hæc hæreſis & impietas non eſt ferenda, ut ad longū deducit Cyrillus Alexandrinus

ſuper euangelium Iohan.li.5. Quia iſti linguas ſuas in deum exacuunt, & os ſuum in cælum ponunt. Quis enim æquo animo ferret, ipſius cæli & ſtellarum conditorem ſuæ facturæ legibus, quaſi uinculis alligari? Et ipſum, cui data eſt poteſtas in cælo & in terra, operis ſui præſcripti onibus ſic aſtringi, ut non cũ uelit, ſed cum iubeant aſtra mortẽ pferat? Quid indignius de deo dici poſſet, ꝙ eũ qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina uocat, ita aſtringi legibus aſtrorum & fati, ut ex ipſis pendeat determinatũ tempus, quo immenſa uirtute ſua miracula operatur? Deum negant omnipotẽtem, ut qui nulla poſſit operari niſi cõſentiẽtibus aſtris, maioremq́ꝫ uim ſtellis ꝙ deo aſcribunt.

Giezitę ſunt qui uendũt ſacras res & ſacerdotia & p̃lationes, ſicut ẽ error Grecoꝝ, qui dãnatur in Giezi, qa uendidit & pecuniã accepit ꝓ p̃ſtita ſanitate ipſi Naaman cu rato à lepra, & ꝑpetua lepra ꝑcuſſus ẽ.4. Reg.5. qa donũ dei pecunia exiſtimauit poſſideri.

Gregorius hæreticus, ut meminit Athanaſius Alexãdrinus in epiſtola ad epiſcopos Africę: Qui fuit ſocius impietatis Auxẽtij, qui Mediolani inuaſit eccleſiam, qui nõ Arrianæ hæreſis cõmunicator eſt, ſed etiam reus eſt multarum malarum actionum.

Guilhelmus, cognomento Sartoris multas propoſitiones hæreticas poſuit, & Vuicleffita fuit, q̃d ſcilicet oratio ſoli deo dirigẽda eſt, & orare aliquam creaturam, eſt committere idololatriam, & fideles dirigant orationes ad deum, nõ ratione humanitatis, ſed ſolum ſub ratione deitatis. Iſte Guilhelmus dãnatus eſt Lugduni, anno domini.1422. Si dicta ſua eſſent uera, tunc Paulus apoſtolus fuiſſet idololatra, qui ait ad Rom.16. Obſecro uos fratres per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ, & charitatem ſpiritusſancti, ut ſolicitudinem impartiamini in orationibus pro me ad deũ, ut liberer ab infidelib. qui ſunt in Iudæa.

Guilhelmus Albus presbyter, ſectator Vuicleffitaꝝ, doctor, & uxoratus, coram Guilhelmo præſule Noruicẽ

ſi eſt examinatus in hæreſi, & compertus diſſipaſſe hæreditatem cuiuſdam iuuenis, quę induxit circa 40. librarum Anglici nummiſmatis intra annum: hoc habent hęretici cum Donatiſtis commune, prædicare aliis paupertatẽ, dũ diuitias colligant perditorum, ipſis mendoſe ſimulantibus paupertatẽ. Simulatio potiſſime hæreticos uincit: niſi enĩ pcedat quædã ſimulatio, nõ erũt hęreſes amaricantiũ, nec ſchiſmata exacerbantiũ. Hic Guilhelmus cõfeſſus eſt, qꝑ fidelib⁹ licitũ ſit dñicis diebus & feſtis opari, & qꝑ reliqæ ſanctorum .i. carnes & oſſa hoĩm mortuorum nõ debent à pplo uenerari, nec de monumẽto fœtido extra hi, uel in capſa aurea uel argentea reponi, qa hoĩes ſic faciendo nõ honorãt deũ & ſctõs eius, ſed cõmittũt idololatriã, & illa eſt. 22. concluſio eius inter reliquas.

Gruhenhaymerii, quidã Bohemorum ſic appellati, ſubterraneos ſpecus ſacra operaturi ſubeunt, inter quæ cũ à ſacerdote ꝓ more illud Geneſis pronuntiat, Creſcite & multiplicamini & replete terrã, lumina quæ ibi habent, cõtinuo oĩa extinguunt, & tũc neqꝫ ætatis ulla neqꝫ ſanguinis attẽta reuerẽtia, ꝓmiſcue uiri, & in quã per tenebras quiſqꝫ incidit mulierẽ, cognoſcunt. Peracto ſcelere, cũ in locũ ſuum ſe quiſqꝫ receperit, luminaria rurſus incendũtur, & ſacrum peragit.

Guelffi & Gibellini, in Italia ita uocati, inter ſanctam eccleſiam Chriſtiani numero & nomine ſe ab unitate eccleſię diuiſerunt ſine cauſa, & contra naturam & contra fidem gladiis & telis & diuerſis aliis mortis generib⁹ dei & eccleſiæ ſuę ultricibus in corpore & anima quotidie ſe conſumpſerunt, in condemnationis iudicium conſurgẽtes. Alpharus lib. 1. de planctu eccleſiæ: Hæreticus eccleſiam diuidit. Petrus Vuit: Non communico Græciæ, quia acephala eſt. 93. diſt. Nullus. Non Armenię, quia ſchiſmatica: non Orientalibus, quia occidit eis ſol. 24. q. 1. Quoniam: Non Guelffis & Gibellinis Italicis, quia eis ſol in occaſum eſt.

Hermani, uel ſm alios Hermiani ab autore, negãt ſal-

uatorē in carne ſedere ad dextrā patris,& in hoc concor dant cum Seleucianis.

Heinricus Auguſtinianæ ꝓfeſſionis, artium magiſter & theologiæ lector olim cœnobij Vuittenbergenſis regens ſecundarius,ingreſſus Detmarcium zizania Luterica ſeminauit: & cum obganniret contra honorem uirginis Mariæ,incolæ opprobriū uirginis nō ferentes,Heinricum ut æquum erat,ſupplicio ignis tradiderunt. Nā teſte pſalmiſta loquente de hæreticis: Sicut ignis qui comburit ſyluam,& ſicut flamma cōburens montes, ita perſequeris in tempeſtate tua.

Hilariani,à quodam Hilario,qui introduxit hæreſim cōtra cantus eccleſiæ.Contra quem ſcripſit Auguſtinus, ut ipſe teſtatur lib.2.retractationum.c.11.Hilarius quidā uir laicus catholicus, & neſcio unde aduerſus dei miniſtros,ut fieri aſſolet,irritatus,morem qui tunc apud Carthaginem eſſe cœperat,ut hymni ad altare dicerētur de pſalmorum libro,ſiue ante oblationem,ſiue quando diſtribuereť populo quod fuerat oblatum, maledica reprehenſione ubicunq; poterat, lacerabat, aſſerens fieri non oportere.Huic reſpondi iubentibus fratribus &c. Et illius hæreſis fuit Vuicleff, dicens quod cantationes cum uarijs ritib.in eccľia nō placēt deo. Sed ſcriptū eſt in oppoſitū: Ex ore infant.& lactent. ꝑfeciſti laudē ꝑpter inimicos tuos.i.phariſæos & hæreticos Arrianos & cōſimiles.

Hieroboanitæ,dicti ſunt à Hieroboan,qui gerit typū hæreticoꝝ,& qui peccare fecit Iſrael, Eccľ.47. Et qui,ut dicit.3.Reg.13.poſtq̄ fuit electus in regē Iſrael,dixit;Nolite ultra aſcēdere in Hieruſalem,quaſi diceret, deus præſens eſt ubique , & ideo poteſtis eum hic adorare. Hinc cōſimiles hæretici exorti ſunt in noua lege,ſcilicet Maſſiliani,Sagarelli,qui contēnentes eccleſias, perſuadēt hominibus orare in locis non ſacratis. Sed tñ regulariť credit,ꝙ fidelibus ſuis magis eſt deus præſens in eccleſiis, q̄ in cæteris locis non ſacratis. Auguſtinus.2.lib.ad Simplicianum,exponens illud.2. Regum.7. Intrauit Dauid &

ſedit ante dominum: dicit, Quod aũt quæris qd ſit: intrauit rex Dauid &c̃. Quid aliud intelligẽdum, niſi quod ſedit in conſpectu dñi, ſcilicet ubi erat arca teſtamenti, per quam ſacratior & accommodatior quædã præſentia accipi poteſt. Item in Acti. apoſtoloꝝ quotidie aſcendebãt ad orationis horam in templum.

Homũcionitaꝝ hæreſis fuit, ꝙ homo fuit in hoc principio, qñ dicit euangeliſta in principio erat uerbum &c. Quod Athanaſius reprobat in li. de aſſumptione nois dicens: Deus dei filius ante omne omnino principium ſemper cum patre fuit. Sane hũc hominem nuper de Maria uirgine aſſumpſit. Nunquid per hominem uiſibilia & inuiſibilia facta ſunt? quaſi diceret non.

¶Iacobus Strauſſ, doctor Luteranus, q prius Hallis apd Oenum, & in Vuerthen apud Mogonum Luteranã & ſeditioſam doctrinam diſſeminauerat. Et nouiſſime ad Iſenachum Thuringiæ, per cuius conciones falſasq; literas presbyteri & monachi & moniales expulſi ſunt. Et hũc Iacobum duces Saxoniæ, & Philippus Lãtgrauus Haſſię, & Erichius dux Bruynſuuicenſis ceperunt, cũ eſſet in expeditione contra Iſenacenſes.

Iconoclaſtę hæretici, latine dicunt fractores imaginũ, de quibus Thomas & Iohannes, ſacræ theologiæ magiſtri, ordinis prædicatoꝝ, ſcribunt de quodam lib. ex dogmatibus orthodoxæ fidei. c. Iconoclaſtes. Hi imaginẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti, & inuiolatæ dñæ noſtræ genitricis dei, & omnium ſanctoꝝ imagines idola uocantes, eas fregerunt. Ideo Iconoclaſtæ dicunt imaginifragi: icon enim græce, latine dicit imago. Hos & eoꝝ principes, & cooperatores ſeptima ſynodus Nicena ſub ſecundo Conſtantino, & Paſchaſio piis regib. & Arcadio papa, & Tarcaſio patriarcha Conſtantinopolitano trecentiſtriginta patribus præfecto damnauit.

IOHANnes Oecolampadius apoſtata ab ordine S. Brigittę, turbulentus hæreticus, loquacitatẽ facundiam exiſtimans, non formidat ſacratiſſimo ſacramẽto ſalutis no

ſtræ pignori contradicere. In cuius introitu ad memoriam reuocandum eſt id quod Apoſtolus Romæ in uinculis conſtitutus ſcribit Timotheo: O Timothee, depoſitũ cuſtodi. Quid eſt depoſitum, id eſt quod tibi creditum, non quod à te inuentum: quod accepiſti, non quod excogitaſti: rem non ingenij, ſed doctrinæ: non uſurpationis priuatæ, ſed publicæ traditiõis: rem ad te perductam, nõ à te prolatam, in qua non autor debes eſſe, ſed cuſtos: nõ inſtitutor, ſed ſectator: non ducens, ſed ſequens. Depoſitum inquit, catholicæ fidei talentum inuiolatum illibatumq́ cuſtodi propter fures, ꝓpter inimicos hæreticos, ne dormientibus hominibus ſuperſeminent ſuper illud tritici bonũ ſemen, quod ſeminauerat filius hoĩs in agro ſuo, zizania. Audi chariſſime Paulum in alio loco loquẽtem de depoſito diuiniſſimi ſacramenti corporis IESV CHRISTI, inuiolabiliter cuſtodiendo uſque ad conſummatiõem ſeculi: Ego (inquit) accepi à domino quod & tradidi uobis, quoniam dominus noſter Ieſus Chriſt⁹ in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agẽs fregit & dixit: Accipite & manducate, hoc enim eſt corpus meum quod pro uobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. Sed hic prodigioſus hæreticus ſatanico ſpiritu excitatus, pernitioſas & periculoſas hæreſes tradidit, pertinaciter negãs corpus Chriſti in altari. Et in iſto ſpiritali paradiſo eccleſiæ militantis, de cinamomi & balſami ſurculis carduos ſpinasq́ ſubminiſtrat. Sed hanc hæreſim cuncto populo Chriſtiano tremendam, Oecolampadij iuxta nomen eius fatuæ lampadis oleo gratiæ, & lumine fidei uacuæ, illuminatiſſimus dominus Roffenſis epiſcopus præfocauit. Et maledictiſſimus eius liber incendio tradi debet, quemadmodum uaſa quæ fuerunt facta à Baal, combuſta ſunt foris Hieruſalem, quarto Regum uigeſimotertio. Et ſic Actuum decimonono dicitur, ut apud Epheſum ſectatores ſcilicet artis magicæ contulerunt libros, & combuſſerunt coram omnibus.

Iohannes Lachman Helbronæ ortus, eiuſdem ciuitatis plebanus, ſingulari modeſtia pollens ad quinquennium, ſed malitia Luterana mutauit intellectum eius, & fictio hæreticorum decepit animam eius, & in arcum prauum conuerſus, oues quas uitæ uerbo quondam pauit, dente lupino lacerat, honori ſanctorum, & miſſæ ſacrificio detrahens, uxorem duxit, & mixtus inter laicos eorum opera didicit, nec proprio diœceſano obedire dignatur.

Iohannes caninus medicus exterus quidem Floren. commorans, Nigrimanticus, in deiparam uirginem latrans, tamē hæreticis dogmatibus pertinaciter inquinatus, quanquam reclamantibus multis & ciuibus, ſub Antonino archiepiſcopo publice concrematur.

Iohannes Pomeranus, pſeudoepiſcopus, cuius ordinator fuit Martinus Luterus in Vuittenberga, ubi eſt ſedes ſatanæ. Hic per omnia in uita & doctrina peſtifera cum Martino Lutero concordat. Vxoratus, & multarum prolium pater. Nam hæretici ſuper glaream habitant, & immunditias carnis, in quibus inuolutantur & delectantur ut ſues, dicunt eſſe licitas Et in pſalterium, & in certas Pauli epiſtolas, & in euangelia dominicalia per annum currentia ſcripſit tenebroſo ſenſu commentarios, ut apud ſceleſtos hæreticos mos eſt. Et modo de ciuitate in ciuitatem propellitur.

Iohannes de Vuurden ſacerdos ſecularis, totus Vuicleffita & Luteranus, errauit contumaciter in multis articulis fidei, maxime circa ſacramenta euchariſtiæ, & matrimonij, & ordinis, & extremæ unctionis, & circa confeſſionem. Et negans purgatorium: hic conuinctus & cōfeſſus iudicatus fuit per ſecularem poteſtatem iudicialiē in Haga comitis ciuitate Hollandiæ. Et in octaua natiuitatis uirginis Mariæ anno domini milleſimoquingēteſimouigeſimoquinto igni traditus eſt.

Illiriciani hæretici, de quibus in primo libro Marij

Victorini Afri contra Arrium: Multa in diuinis mutant, & adijciunt, & ſunt Arriani, licet alterius opinionis.

Iouinus Nouatianus, de hoc quære ſupra in Felice ex Cypriano.

Ipolytus diaconus & hæreticus, damnatur à ſancta ſynodo, ſicut dicitur in canonibus ſancti Syluestri, qui Valentinianiſta fuit, & ſuo arbitrio creatorem fecit creaturam. Et cum eo damnatus & anathematizatus fuit Calyxtus, qui ſua extollentia ſeparauit trinitatem, ut ſupra dictũ fuit.

Iuo Carnotẽſis in chronica ſua: Lipſamus Thracẽſium prætor, ſicubi in tota ſubdita ſibi prouincia aliquid ſanctarum comperit reliquiarum, cõbuſſit igni, uenundedit etiam omnes ſanctos libros & omnia ſacra uaſa, & eorum pretia imperatori tranſmiſit, multosdenique monachorum interfecit, & quorundam orthodoxorum oculos eruit, & quorundam barbas oleo & cera perungens ad oſtentationem ſuccendit, quoſdam autem exilio relegauit. Quod cum imperator didiciſſet, ſcripſit ei, taliter gratias agens: Inueni te ſm cor meum.

Lollardi & Conlollardi, & eis ſimiles, ut hæretici uitandi ſunt, ad longum probat Thomas Vualden, Anglicus ordinis carmelitani in lib. de ſacramẽtalibus: Inquiunt enim Lollardi: nihil præter ſacras ſcripturas accipimus, quicquid iſtis apponitur uel ſubtrahiť eſt blaſphemum. Fuge toxicum in teſta blande uerbum, ſed fructũ ferens ſpinoſum. Non enim ad reuerentiam ſcripturarum, ut uerba ſignant, hoc ſuggerit, ſed ad ſuæ hæreſis tegumen conſculpſit. Et hoc quidem ab Arrianis principibus deriuauit. De hoc uide Auguſtinum in cõflictu Maximini Arrianorum presbyteri. Et dicti hæretici fuerũt diſcipuli impij Iohannis Vuicleff, quos ſequiť hodie Martinus Luterus.

Lucanus quidam nomine, Martionis ſectator atq; diſcipulus, & hic per omnia uadẽs blaſphemiæ genera, eadem docet quæ Martion & Cerdo docuerunt. Hic negat animam uicturam poſt mortem.

Lucianiſtæ ſecundum Marium Victorinum Afrū, primo libro contra Arrium, cum Luterianis conueniunt, licet etiam ſingularis ſectæ ſint hæretici.

Martialis hæreticus & idololatra, de quo Cyprianus primo libro epiſtolarum, qui præter gentilium turpia & lutulenta conuiuia in collegio diu frequentata, & filios in eodem collegio exterarum gentium more apud ꝓphana ſepulchra depoſitos, & alienigenis conſepultos, actis publice habitis apud procuratorem Ducētrium obtemperaſſe idololatriæ, & Chriſtum negaſſe conteſtatus eſt. Cumqꝫ alia multa ſint & grauia delicta quibus Baſilides & Martialis implicati tenentur, fruſtra tales ſibi epiſcopatum uſurpare conantur, cum manifeſtum ſit huiuſmodi homines nec eccleſiæ Chriſti poſſe p̄eſſe, nec deo ſacrificia offerre debere.

Martianus Arelatenſis, de hoc dicit Cyprianus tertio libro epiſtola. 13. Martinus Arelatæ conſiſtens Nouatiano ſe coniunxit, & à catholicæ eccleſiæ ueritate, atqꝫ à corporis noſtri & ſacerdotij conſenſione diſiunxit, tenens hæreticæ præſumptionis duriſſimam prauitatem, ut ſeruis dei pro eo dolētibus, & ad eccleſiam lachrymis & gemitu & dolore pulſantibus, diuinæ pietatis & bonitatis paternæ ſolatia & præſidia claudantur, nec ad fouēda uulnera admittanť uulnerati, ſed ſine ſpe pacis & cōmunicationis relicti ad lupoꝝ rapinam & prædam diaboli proijciantur.

Marbonæi, etiam hæretici Iudæoꝝ, dicunt ipſum eſſe Chriſtum q docuit eos in omni re ſabbatizare.

Meriſtæ, hæretici Iudæorum, Græci, dicti, quod ſeparent ſcripturas, non credentes omnibus prophetis, dicentes alijs & alijs ſpiritibus illos ꝓphetaſſe, meris enim Græce, ſeparare eſt: hæc Papias.

Moſorabes, olim multi fuerunt in partibus Africæ & Hiſpaniæ, ſic dicti, quia modos Chriſtianorum de Arabia in multis tenebāt, & quod latini in celebrationibus miſſaꝝ dicunt in principio, ipſi dicunt in fine uel in me-

dio,de his uide in quadriuio nationum.

Moſcouitæ,homines ſeptentrionales, quaſi efferi & ſatis ſylueſtres ſchiſmatici ſunt,& toti Paulini: Nā quaſdam epiſtolas manu Pauli ſcriptas ſeſe habere gloriantur. Hi ſacerdoti unam & uirginem uxorem habere permittunt,qua mortua non licet illi aliam q̃ diu uixerit in uxorem habere unq̃.

Martinus Butzer impudicus paſſer, apoſtata ab ordine ſuo in quo ſtare non uoluit propter elationem quam primus apoſtata inuenit: Apoſtatauit quoq; à rectitudine fidei ad ſcoriam hæreticalem, & à cœlibatu ad matrimonium adulterinum, & plures apoſtatare fecit. Apoſtata enim uir inutilis,Prouerbiorum ſexto: hic damnat omnem eccleſiæ autoritatem & ceremonias & omia bona exteriora & merita & omnia concilia,negat miſſam eſſe ſacrificium, dicit ſacerdotes deceptores animarũ,& dei blaſphematores in miſſis ſuis, uocat nos celebrantes idololatras,dicit ſtatuta Papę aduerſari dei uerbo.Et hoſtiam conſecratam non adorandam,nec crucem Chriſti. Omnia feſta reijcit,damnat uſum imaginum, uenerationem ſanctorum,& miracula eorum deridet.Similiter & horas canonicas & multa alia,ut patet in epiſtola quam ſcripſit ad quendã principem in uernacula lingua.

Materiarij hæretici,ut dicit Tertullianus in libro contra Hermoginem, Terram illam informem & inuiſibilem,& rudem fuiſſe dicunt, hanc uero noſtram proinde formam,& cõſpectũ & cultum à deo conſecutam.Aliud ergo factã q̃ erat ea ex qua facta eſt.

Nicoſtratus, de quo Cornelius Papa ſecundo capitulo decretorum ſuorum, inuidus hoſtis antiquus ſuſcitauit nobis aduerſarium, nouercam rectæ fidei,& ſanctæ doctrinæ æmulum,qui extra eccleſiam ordinauit Nouatum,& in Africa Nicoſtratum,utroſq; hæreticos,ſicut ille erat.Hi uero conatibus quibus potuerunt multos à recta & catholica fide ſuadentes recedere fecerunt,& poſt ſe in peruerſam,& ideo odibilem doctrinam corruere

perſuaſerunt, de hoc Nicoſtrato habet Cyprianus.2.li. epiſtolarum, epiſtola.2.

Niceta, falſi nominis patriarcha, ut ſcribit uenerabilis Iuo Carnoten. hic iconas ex metallo factas quæ in patriarchatu ſuo erãt eraſit, & imagines depoſuit.

Nouatus, Nouatianus, Hi ſunt duo diſtincti hæretici, ſicut dicit Fabianus Papa in quarto capitulo decretorũ ſuorum: Superuenit Nouatus ex Africa, & ſeparauit ab eccleſia Nouatianum, & alios Chriſti confeſſores, & conuertit in prauam doctrinam, à quibus uos fratres auertite, & cauete, & ab omnibus qui alteram fidem & doctrinam tenent quàm apoſtoli & ſucceſſores eorum tenuerunt & docuerunt. Ne (quod abſit) poſt eos abeuntes in laqueum ſatanæ cadatis, & compedibus eius detineamini. Et Cyprianus octaua epiſtola libri ſecundi: Nouatus, nouarum rerum ſemper cupidus, auaritia inexplebilis, rapacitate furibundus, arrogantia & ſtupore ſuperbi timoris inflatus, quaſi hæreticus ſemper & perfidus omnium ſacerdotum uoce damnatus, tranquillitatis aduerſarius &c.

Optatus, erat malus catholicus & hæreticus, de quo Auguſtinus contra Petilianum, & ſecũda quæſtione primo canone dominus.

¶Per hanc ſententiam catholicam & ueridicam etiam uos Optati ſacrificio non eſtis polluti, dicebat enim cum Petiliano immundiciam malorum ſacerdotum mũdis obeſſe, omnia enim munda mũdis, prima ad Titum primo. Et loquitur Auguſtin. de his qui conſenſerunt Optato hæretico, & de his qui de manu eius acceperunt corpus domini.

Oſyus Cordubenſis epiſcopus, ut ſcribit Athanaſius Alexãdrinus in primo libro de unita deitate trinitatis, qui cum morti eſſet perquam uicinus, ſic in laqueum uoraginis barathri incidit, ut excideret tãquam à corde & diceret, Quis ignoret patrem maiorem eſſe honore dignitate & maieſtate, quaſi duæ uel certæ tres eſſent maie

ſtates in ſingulis his perſonis patris & filij & ſpirituſſan ƈti quaſi tres eſſent dij in diuinis?

Petrus de Arrogonia, anno domini. 1302. natus de ciuitate Cæſarauguſta, & in eodem regno reuelationibus deceptus, uarios errores adinuenit: Quod ſcilicet, dominus Ieſus uenit in mundum ad aperiendum uias ſal uatoris, & hic ſaluator eſt ſpirituſſanƈtus, per quem debuit ſaluari mundus. Et quod Roma eſt Gomorra, mul ta ieiunia exercebat, & nudus incedebat, ſæpe expulſus fuit de monaſterijs diuerſorum ordinum, honores populorum amabat, & tamen à populo habitus fuit ut nuncius Antichriſti, Mulieres nuptas luxurioſe tentabat. Et quod dominus CHRISTVS non erat ſaluator mundi. Et quod totus mundus non eſt ſaluatus. Multa futura ſcire uoluit, & unicuique futura indicare. Errata ſcripta fecit in Pſalmis, in euãgelio, in epiſtolis, & ꝓphetijs, & ſic de alijs erroribus. Abyſſus enim Abyſſum inuocat.

Petrus Carborienſis, de quo in uita Iohannis uigeſimiſecundi, ſic dicitur: Ropertus Bauarus coronatus imperator, Petrum Carborienſem ex reatino agro oriundum pontificem creat, Iohannis uigeſimiſecundi ęmulum futurum. Hic habuit primo uxorem, qua renuente & reclamante religionem & habitum ſuſcepit, creatus igitur pſeudopontifex, Nicolaus quintus appellatus ab imperatore, ut uerus CHRISTI uicarius con ſalutatur, de quo Alpharus ordinis minorum in pri. libro de planƈtu eccleſiæ dicit: Petrum corbarium apoſtatam, coruinum appello, quia ut coruus de morte ſchiſmaticæ diuiſionis paſcitur, & ut coruus fur & latro in ſede Petri reſedit, & locũ diƈti Iohãnis Papæ nõ timuit uſurpare. Et quẽ cũ Dathan & Abyron ſchiſmaticis, q̃s uiuos terra abſorbuit, niſi pœnituit, habere cẽſeo porti onẽ. Sed abeũte in Germaniã Bauaro, Bonifacius Piſan' comes Reni, gratiam Iohanni pontifici facturus, Anti-

papam Auenionem perducit,ubi in carcerē coniectus, ui tam cum morte permutauit.

Pontici ſunt diſcipuli Marcionis hæretici, qui fuit oriundus ex Ponto, hi dicunt quod Chriſtus habuerit carnem dum omnino non natam paruifacimus, & dicit Tertullianus in libro de carne Chriſti: Concedunt hi Chriſto carnis ueritatem ſine præiudicio renuendæ natiuitatis.

Pſeudapoſtoli, de his Guido in libro hæreſum, & ponit undecim capitu . in quibus diuerſos eorum errores dinumerat, unus eſt, quod tota autoritas collata à Chriſto eccleſiæ Romanæ eſt omnino euacuata, & iam ceſſauit propter malitiam prælatorum. Et quod eccleſia Romana non eſt eccleſia dei, ſed reprobata ſine fructu. Et eſt illa Babylon meretrix, apoſtatans à fide Chriſti, & quod ipſi non tenentur obedire Papæ, nec alicui alteri, & q̃d decimæ non debent dari ſacerdotib. quia nō ſunt pauperes ſicut apoſtoli. Et quod in omni caſu iuramentum eſt illicitum. Et quod eccleſia conſecrata non plus ualet ad orandum quàm ſtabulum porcoꝝ. Vnde Apocalypſis ſecundo dicitur: Tentaſti eos qui ſe dicunt Apoſtolos, & non ſunt, & inueniſti eos mendaces. Tertullianus in libro de præſtitutionibus hæreticorũ, Qui pſeudapoſtoli, Niſi adulteri euangelizatores.

Philippus Melanchthon, hæreticus Luteranus, ſubtilis ad colores uerborum apparens, ſed intus lupus rapax, qui certis principibus intoxicum ſuæ debacchationis infudit, undẹ in quadam epiſtola ſua, intitulata Epitome renouatæ Eccleſiaſticæ doctrinæ, multi errores eius ponuntur, circa obedientiam Papæ, circa ceremonias eccleſiæ, opera bona, ſatisfactionem, uota, decimas, & circa mandata hominum & inſtitutionem monaſteriorum.

Praxeas poſuit in trinitate ſolitarium ex libro Eccleſiaſticorum dogmatum, & Tertullianus in libro aduerſus Praxeam hæreticum, Diabolus ſuo mendacio ſub-

ornauit Praxeam. Nam iſte primus ex Aſia genus peruerſitatis intulit Romanæ humo, duo diaboli negotia Romæ procuraſſe dicitur. Paracletum fugauit, & patrē crucifixit, prophetiam expulit & hæreſim intulit. Fructificauerunt auenæ Praxeanæ dormientibus multis.

Photinus Pannonius ut ſcribit Vincentius Lirenenſis Gallus. Cum Syrmitanam eccleſiam tentaſſe memoratur, ubi cum magno maiorum fauore in ſacerdotium fuiſſet aſcitus, & aliquando tanquam catholicus adminiſtraret ſubito creditam ſibi plebē dei perſuadere cœpit, ut deos alienos ſequeretur, id eſt errores extraneos, quos antea neſciebat. Nam erat ingenij uiribus ualens, & doctrinæ operibus excellens, & eloquio præpotens & quē antea oues quaſi arietes gregis ſequebantur eundem deinceps, uelut lupum fugere cœperunt. Dicit enim Photinus deum ſingulum eſſe & ſolitarium, & more Iudaico confitendum trinitatis plenitudinem negat. Nec ullam in uerbo, aut ullam ſpirituſſancti putat eſſe perſonam: Chriſtum uero hominem tātummodo ſolitarium eſſet, cui principium ſcribit ex Maria. Hæretici enim ſunt uolatilia cæli, qui omni uento doctrinæ, huc atq; illuc ſicut aues circūferuntur, & unitam iuſſionis uocem, atq; unam ſubſtantiæ, patris & filij & ſpirituſſancti eſſe non cōfitentur, ut Athanaſius Alexandrinus dicit quinto libro de unita deitate.

Priuatus Nouatianus, de hoc Cyprianus lib. I. epiſtolarum: Per Felicianum ſignificaui te frater ueniſſe Carthaginem, Priuatum ueterem hæreticum, in bonihefitana Colonia ante multos fere annos ob multa & grauia delicta nonaginta epiſcoporū ſententia condemnatū, Anteceſſorum etiā noſtrorū (qđ & ueſtrā cōſcientiā nō latet) Fabiani & Donati literis ſeueriſſime notatū.

Quatuordecimani (quos theſſeradecaditas appellāt) id eſt, qui quartadecima luna primi menſis cum Iudæis Paſcha celebrant, de his habet in ſynodo apud Laodiciā Phrygiæ habita.

Repoſitus Quoturnicenſis, aliâs Saturnicenſis, de ſe-
cta Nouatianorum, q ſecundum Cypri.lib.1.epiſtolarum, nō tam in perſecutione ipſe cecidit, ſed & maximam partē plebis ſuæ ſacrilega perſuaſione deiecit.

Rebaptizatorum & Rebaptizantium hæreſis orta eſt olim à Donatiſtis, ſed in concilio Africano retenta eſt antiquitas & exploſa nouitas. Sed iſtis diebus debacchantibus Luteranis, in certis locis altæ germaniæ, hæc peſtis pullulare cœpit, ſed ſub illuſtriſſimo Palatino, electore nonnulli rebaptizati ultimo ſupplicio exterminati ſunt iuxta l. *Si Quis*. C. Ne ſanctum baptiſma iteretur. Et iuſte quidem, quia priuam fidem irritam fecerunt, non enim reiteratur baptiſma, quod in fide ſanctæ trinitatis præſtatur, & hoc peccatum hæreſim ſapit, & in contemptum dei cedit, & iniuriam ſacramenti, quaſi prima gratia non ſuffeciſſet. Præterea baptiſmus eſt quędam natiuitas, Iohannis tertio: Niſi quis renatus fuerit & cætera. Sed quis niſi ſemel generatur. Item in baptiſmo imprimitur character qui indelebiliter à deo imprimitur. Item in baptiſmo configuramur morti Chriſti & reſurrectioni eiuſdem, Romanorum ſexto: An ignoratis quia quicunque baptizati ſumus, in morte ipſius baptizati ſumus & cætera.

¶Item baptiſmus principaliter ordinatur ad deletionē peccati originalis quod ſemel deletū, nō iterať, qa morbo non iterato medicina nō debet iterari.

Richardus anglicus, Vuicleffita, imputat imaginibus CHRISTI, & ſanctorum idololatriæ cultum in quodam libello pro ſe oblato iudici, ad defenſionem huius protulit illud *Sapientiæ*. 13. Imago enim & opus illi adiutorium & cætera. Non erubeſcit loqui cum illo qui ſine anima eſt & cætera. Sed contra eſt quod idololatræ idola inuocabant, ut deos uirtutem habentes, beneficium ſalutis dare uel uitæ, & ſimilia, quæ ſapiens ibidē recitat. Sed Chriſtiani non hæc ab imaginibus poſtulāt, ſed à Chriſto & ſanctis apud imagines.

Ruſticorum ſecta, anno domini.1525. incepit, originem trahens ex Luteranis. Hi in multis locis altę germaniæ malignari cœperunt in maximo numero, et in diuerſis turmis contra principes, religioſos, & monachos, euellentes caſtra & monaſteria, eccleſias ſpoliantes, uaſa ſacra dominica male tractantes, maxime calices & monſtrantias & ueſtes ſacras, nullam reuerentiam uenerabili ſacramēto exhibentes, abuſi ſunt uirginibus deo dicatis, miſſalia & libros eccleſiaſticos lacerantes, non ſine ultione diuina: Nam à principibus in diuerſis locis mactati ſunt. Et primo ab illuſtriſſimo duce Lothoringiæ domino Antonio.

Sagarelli hæretici, de quibus habet Guido in libro hæreſum, dicunt quod eccleſia conſecrata non plus ualet ad orandum quàm ſtabulum porcorum, & melius eſt orare in nemoribus quàm in eccleſijs, & hos ſequitur Vuicleff, inquiens: CHRISTVS uidetur parum curare de templi ædificio ſumptuoſo, & ſic de baſilicis ab hypocritis in eccleſiam introductis: Talia autem ſenſibilia, mundo ſplendentia, uidentur aperire oſtia domus, & introducere in ſuum cubiculum inimicos: Hæc ille.

Sebaciani, hi ſunt qui & Nouatiani C. de hæreticis l. Arriani.

Sebaſtianus Manichęus, de quo habetur.5.lib.hiſto. tri.c.3. de perſecutione eius in catholicos quære ſupra in Georgio de Cappadocia.

Sethianus & Ophianus & Patricianus, ut dicitur in libro Eccleſiaſticorum dogmatum, dicūt quod caro noſtra eſt mala, & à malo principio. Sed nos dicimus quod eſt ualde bona, utpote à bono ſolo deo condita. Malum enim odiēdum eſt. Sed nemo unq̃ carnem ſuam odio habuit, Epheſi. quinto.

Syluanus poſuit in trinitate ſolitarium aut ſolitudinem, ſicut & Pentapolitana dānabilis illa doctrina, ex libro Eccleſiaſticorum dogmatum.

Syphori ſunt Manichæi, qui modo dicunt Barbaritæ, quære in Barbaritis.

¶Ticonius homo acri ingenio præditus, & huberi eloquio, Donatiſta fuit, de quo Aug⁹ lib.1.c.1.contra epiſtolam Parmeniani.

Thomas Montzer Thuringius, & ſi Lutero in quibuſdam fuerit contrarius, ſeditioſus tamen fuit, excitans tumultum in principes & nobiles, & multi ſequebant eius prædicationes hæreticas. Tandē caſtigata ciuitate Franckenhuſenſi, à quodam nobili cōprehenſus fuit, principibusq; præſentatus, & confeſſus eſt ſe hmōi ludum propt uanam gloriam incepiſſe: &, ut utar uerbis decani uenerandi Iohannis Coclei, diris ſupplicijs peremptus, uti bene meruit. Aſſatus enim eſt, non ſanè ſicut Laurētius, ſed appoſitus arbori, eiq; catena circumalligata, tamdiu gyrum ad ignem cucurrit, donec animam exhalaret.

¶Vbiani ſchiſmatici & hæretici, ab eccleſia & Chriſti uita apoſtatauerunt, ſicut & Armeni.

Varimadus Arrianus, de quo Idatius Clarus Hiſpanus in libro cōtra eundem, cuius ꝓlogus incipit, Dudum dilectiſſimi fratres, in Neapoli urbe Campaniæ cōſtitutus, cuiuſdam Varimadi Arrianæ ſectæ diaconi propoſitionibus mihi oblatis &c̄. Et infrà loquens de Arrianis, quia difficile poſſunt huiuſmōi praui dogmatis curſu inerti, & meliora ſectari, quoniam tm̄ ſibi de ſpū auxerunt præſumptionis audaciam, ut ad unitatem fidei nunquā ominο perueniant.

Vuandali Arriani, magnas eccleſiæ & uiris catholicis diu calamitates intulerunt, diabolo in eis ſęuiente, qui pridem in tyrannis aduerſus fidem Chriſti degraſſantibus, tot milia ſanctorum martyrum miſerunt in cęlum, patientiæ omnium rerum arbitro deo: ſed ut dicit in.1.lib. Vuandalię, Honoricus rex Arrianus, pro inſigni in ſanctos impietate à deo percuſſus, ſcatet uermibus, miſerabiliter expirans in octauo anno regni Vuandalorū in Africa.

Beda in de temporibus huius ſeculi, Effera gens Vuandalorum Halanorum ab Hiſpanis ad Africam tranſiens, omnia ferro flamma rapinis ſimul arraniana impietate fœdauit.

Victorinus epus, quem damnauit ſancta ſynodꝰ, ut patet in canonibus Sylueſtri Papæ, qui ignorans lunæ rationem ſub arbitrij ſui tenacitate diſrumpebat ueritatē. Et dicebat Paſcha non uenire die ſuo & menſe, ſed decimo Kalendas Maij cuſtodire.

Vigellius Saturninꝰ primus Chriſtianorꝝ perſecutor, in quos gladium egit, lumina amiſit, ſecundum Tertullianum in lib. ad Scapulam.

Victorinus ſectator Praxeæ, & eius hæreſim corroborauit: hic deum patrem omnipotentem, Ieſum Chriſtū eſſe dixit, hunc crucifixum paſſumq́; contendit: mortuū præterea ſeipſum ſibi aſſidere ad dexteram ſuam cum ꝓphana & ſacrilega temeritate proponit, hæc Tertullianus in libro aduerſus hæreſes.

Vlricus ZVuinglius, unus de principibus Luteranorū, ſacroſanctum canonem miſſæ multipliciter impugnat, Romanos pontifices & Chriſti ſacerdotes exprobrat, Et cōtra canonem miſſæ librum edidit, quem nominat Epicheriſim. Sanctorum preces & ſuffragia apud deum negat. Et multos alios errores ex proprio cerebro cōfingit, ut patet in libello ſuo in lingua uernacula conflato. Contra hunc hæreticum copioſe ſcripſit Hieronymus Empſer, ad reuerendiſſimum Archiepiſcopum Moguntinum. Suſcitauit enim hæreſim Vigilantij, qui ſanctorum ſuffragia negat. Sed omnibus his hæreticis apꝰ inferos damnatis eccleſia uſque ad ſeculi conſummationem cantabit: Sancta Maria ora pro nobis: Negat quoque miſſam eſſe ſacrificium & oblationem. Negat lib. beati Ambroſij de ſacramentis. Similiter librum Thobiæ, & Purgatorium.

Vuolffangus Fafricius Capito, doctor, ſacerdos, uxoratus, de Maguntia expulſus, aſylum Luteranorū adijt,

factus unus de principib⁹ eorum. Et merito Capito dicitur, quia multas capit animas, quas tradit orco: Dānat bona opera, dicens ea à ſacrilegis excogitata, & ad dei miſericordiam conſequendam inualida & ocioſa eſſe: dicit populum Chriſtianum multis annis per patrum traditiones & decreta captiuatum fuiſſe, modo autem in præfinito tempore iterum liberari, more Iudæorum ex Aegyptiaca ſeruitute. Et quod Iohannes Hus iniuſte fuit condemnatus: Negat numerum ſacramentorum, merita ſanctorum, confeſſionem auricularem, ſatisfactionem pro peccatis. Miſſæ ſacrificium, omnem religionis ſtatum, omnem eccleſiæ apparatum & ceremonias, feſta ſanctorum. Ieiunia, præcepta, imagines ſanctorum. Canticum eccleſiæ in latino: Dicit nullum doctorem cuiuſcunque linguæ hac noſtra tempeſtate fuiſſe à ſeculo, qui aptius ſcripturam tractarit ſicut Luterus in theutonico fecit, & uſque in hodiernum diem facit. Et alia plura docet aduerſantia ſacræ ſcripturæ, ut patet in reſponſionibus eius ad patrem Conradum prouincialē Ordinis Sancti Auguſtini.

Vrbanus hæreticus, de quo ſic dicit Marcellinus in decretis ſuis capitulo ſeptimo, quaſi trecenti patres & epiſcopi uno ore, uno die, eodem concilio iudicantes damnauerunt Vrbanum, Caſtorium & Iuuenalem preſbyteros, & Caium & Innocentium diacones, qui euacuauerunt horrea, & dimiſerunt arcā apertam, ut intro iret immundus & comederet triticum.

Vrbicus Pontinus philoſophorum documentis conatur contra fidem Chriſtianam impugnare, cuius hæreſis nouella & inaudita extitit, qui ſpiritum ſanctum patrem aut filium facturam uſurpat debere confiteri, contra quem diſputat Athanaſius Alexandrinus in quarto libro de unita deitate.

ADDITIO DE HAERESIBVS innominatis.

SCribitur Prouerbioꝝ.5. Vagi greſſus eius, ubi glo. Vagi ſunt greſſus hæreticorum, & in tam innumera hæc peſtis ſe fundit itinera, ut penitus quæ ſint inueſtigari nequeant. Et pleriq; hęretici ignotis nominibus hæreſes ſubminiſtrant, eoq; certas hæreſes, quarum autores, aut autorum nomina non conſtant, prædictis annumerare ſtudui ſignanter ex Auguſti. ex Iſido. & Phylaſtro & ex corpore iuris canonici, ex quib. quidã putant deum & trinum in eſſentia.

Alia hæreſis dicit in Chriſto doluiſſe diuinitatem, cũ affigeretur caro eius in cruce.

Alia dicit aquam non à deo creatam, ſed ſemper ei fuiſſe coæternam.

Hæreſim quandam Phylaſter commemorat, quæ dicit hunc mundum poſt reſurre. mortuorum in eodem ſtatu in quo nunc eſt eſſe permanſurum, neq; ita eſſe mutatum, ut ſit cælum nouum & terra noua, ſicut ſacra ſcriptura promittit, Apoc.21.

Alia dicit corpus hominis non animam eſſe imaginẽ dei.

Alia dicit innumerabiles eſſe mundos, ſicut opinati ſunt quidam philoſophi gentium.

Alia ſceleratoꝝ animas cõuerti in dæmones dicit, & in quęq; animalia ſuis meritis congrua.

Alia, Deſcendẽte ad inferos Chriſto, credidiſſe incredulos & oẽs inde exiſtimat liberatos.

Aliæ, liberationẽ hoĩm apud inferos factam Chriſti deſcenſione non credunt.

Aliæ, nudis pedibus ambulant ex ſuperſtitione ſpernentes illos, qui incedunt calciati. Dicit Phylaſter alios eſſe hæreticos, qui cum hominibus non ſumunt eſcas, ſed utrum cum aliis qui eiuſdem ſectæ non ſunt, an etiam inter ſeipſos id faciant, nõ exprimit. Dicit etiam de patre & filio recta, de ſpiritu aũt ſancto non catholica ſapere, ꝙ eum opinantur eſſe creaturam.

Eſt alia quæ triformem ſic aſſerit deum, ut quædam

pars eius ſit pater, quædam filius, quædam ſpirituſſanctus, hoc eſt, quod dei unius partes ſunt qui iſtam faciũt trinitatem, ueluti ex his tribus partibus compleatur deus. Nec ſit perfectus in ſeipſo uel pater uel filius uel ſpirituſſanctus.

Alia. Sempiterne natum non intelligens filium, putat illam natiuitatem ſumpſiſſe à tempore initium. Et tamen uolens coæternum patri filium confiteri, apud illum fuiſſe antequam de illo naſceretur exiſtimat. Hoc eſt ſemper eum fuiſſe, ueruntamen eum filium ſemper non fuiſſe, ſed ex q̊ natus eſt de illo filiũ eſſe cœpiſſe.

¶Ex Decretalibus.

Errores Abbatis Ioachim & errores impij Almarici tetigi ſupra in locis ſuis.

¶Ex ſexto Decretal.

Damnatur error dicentium ſpiritumſanctum procedere à patre & filio, ut à duobus principijs & duab. ſpirationibus, de ſumma trini. &c̄. cap. 1.

Reprobatur ibidem error antiquus Græcorum dicentium ſpiritumſanctum à patre & non à filio procedere contra concilium Nicenum.

¶Ex Clementiñ.

Error dicentium quod anima rationalis non eſt forma corporis humani per ſe & inmediate, reprobatur de ſumma trinita.

Error dicentium quod Chriſtus non eſſet mortuus quando de latere eius perforato exiuit ſanguis & aqua ibidem dicitur.

Error quod pueris & adultis in baptiſmo non confertur gratia & uirtutes.

In Clemen. de uſura. Ex graui, qui pertinaciter aſſeuerat uſuram non eſſe peccatum & damnabile, cenſendus eſt hæreticus.

In titulo de hæreti. ad noſtram, damnanť octo errores, de quibus ſupra in Begardis.

¶Hæreſes damnatę in Extraua.

In extraua. Benedicti quæ incipit: Benedictus deus, primo damnatur error dicentium quod nullus uidit diuinam eſſentiã, uel eſt perfecte beatus ante diẽ iudicij.

Item ꝙ animæ decedentes in peccato mortali, non immediate ad inferna deſcendunt.

Item quod non omnes homines in die iudicij ante tribunal Chriſti cum ſuis corporibus apparebunt redditu ri de ſuis factis rationem, ut recipiant ſecundum ea quæ geſſerunt pœnam uel præmium.

In extraua. quæ incipit, quia quorundam damnatur hæreſis, quorundam dictorum de paupere uita, dicentium duas eſſe eccleſias. Vna carnalis quæ uiuit in delicijs, cui præeſt myſticus Antichriſtus Papa. Alia eccleſia ſpiritualis quæ ſeruat in eis. Secundo quod nullus prælatus habet poteſtatẽ ſuper ſubditos. Tertio quod nullus apoſtolorum habuit cognitionem de Chriſto ante aſcenſionem. Quarto quod ſacerdos exiſtẽs in peccato mortali, non conficit euchariſtiam, & multa alia fatua dicunt.

Oldrardus de laude conſilio. 271. hæreticum dicit eſſe aſſerentem hominem malum non poſſe pœnitere in ſenectute, contra illud de pœn. diſtinct. 17. nemo deſperandus eſt dum in hoc corpore conſtitutus eſt, quia non nunquam quod diffidentiæ ętatis differtur, maturiori conſilio perficitur. Idem de eo qui diceret peccata dimitti à ſolo deo ſine miniſterio clauium ſcientiæ, contra q̃d habetur de pœ. diſt. 1. per totum.

In extraua. Iohannis. 22. quæ incipit: Vas electio. hæreſis eſt dicere quod confitentes fratribus habentib⁹ licentiam generalem audiendi confeſſiones, teneantur eadem peccata quæ confeſſi ſunt iterum confiteri proprio ſacerdoti.

FINIS QVARTI LIBRI.

❧ LIBER QVINTVS
de Lutero & Luteranis.
PARTICVLA .I.

TEMPVS ERIT CVM SA-
nam doctrinam non ſuſtinebũt, ſed
ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi
magiſtros prurictes auribus, & à ue
ritate quidem auditum auertent. 2.
ad Tim̃. 4. Hæretici nempe ſenſus
ſuperbia, & uerborum aſtuta facun
dia, nouitatum amatores attrahũt,
publicę fidei & ꝓfeſſioni ſua ſecre-
toꝝ decreta præponunt: & cũ nihil ſpirituale habeant,
ſuauiorem ſe catholicis doctoribus ſcientiã iactant doce
re, ut .ſ. libentius audiant, quæ palam in eccleſia deï dici
erudiriq́ꝫ ꝓhibent, & ut ſic dulcius hauriatur eoꝝ inſipi
entia apud eos qui in aurib. pruritũ habent ad audiendũ
quęq́ꝫ uana offerunt, & ſub Chriſtiano uocabulo multas
ſceleſtas hæreſes cõdunt, & nefandas fabulas & nenias,
quales in theatris cantant confingunt. Tẽporibus proh-
dolor modernis Luterani à quodam Martino Luter, Au
guſtinianæ profeſſionis nuncupati, emerſerunt quaſi lu
toſę ranæ de ſordido gurgite, multas ſceleratas hęreſes,
inter bonum ſemen ſubſeminantes, quibus multos à ue-
ritate auerterunt, ſecundum deſideria ſua ambulantes,
ab hubertate matris eccleſię ſe ſegregarunt aïales, ſpũm
dei non habentes. Non eñ uult ſpiritus pacis & unitatis
ſub tugurio morari ſchiſmatico. Vbi aduertẽdum, quod
quemadmodũ illa q̊ndam Praga metropolis Bohemiæ
exaltata fuit per Carolum quartũ impatorem in uniuer
ſitatis fundatione, ſed nõ diu poſt de Praga facta eſt pra-
ua, eo ꝙ Huſſitas generauit: Ita ciuitas Vuittenberg qua-
ſi albus mons, ꝑ illuſtriſſ. principem Fridericum ducẽ Sa
xoniæ, Electorẽ ſacri Imperij, ſublimata fuit radio illu-

ſtrationis uſ'is ſtudij,ſed cõuerſum ad lumen eius in tenebras,& de Vuittenberg facta eſt Viperiberg,id eſt,uiperarum mõs,germinans Luteriſtas,ita ut de Luter & eius diſcipulis uerificetur illud Actuum.20. Ex uobis exurgẽt uiri loquentes peruerſa, ut abducant diſcipulos poſt ſe. Qui Luter tanquam quædam luta impia dogmata antiquorum hæreticorum,à ſanctis patribus ſepulta, ex ſepulchris fœtidis reuiuiſcere cõtendit, atq; ita pocula uenenata Chriſticolis propinauit. Hic eſt alter Ahiel,de q̊ tertio Regũ. 16. reędificãs Hiericho, anathematizatam & maledictam hęreſum & confuſionum ciuitatẽ.Ideo'q; rationabiliter in fine poſt omnes hæreticos de eo fit mẽtio,nam ipſe præcipuorum hæreticorum errores in ſuis recollegit libris. Propheta enim docens mendacium, ipſe eſt cauda, Iſaiæ.9.

Huius ſordidiſſimi Luteri nequitiam, duplici odio dignam iudico,uel eo quod hæreſeos uenenum alijs propinare non pertimeſcit, uel eo etiã q̃ ſopitos errores prophana manu uentilat, & quę ſilentio ſepeliri oportebat rediuiua defamat, ſequens omnino ueſtigia autoris ſui Cham, qui nuditatem uenerandi Noe non modo operire neglexit, uerum quoque irridendam cæteris enuntiauit, unde tantam lęſæ pietatis paternæ meruit offenſam,ut etiam poſteri peccati ſui maledictis obligarentur.

Particula ſecunda quod Luter doctores Eccleſiaſticos floccipendit.

PRęnominatus Luterus eſt quaſi alter Hiſmael, homo ferus, & manus eius ferme cõtra omnes. Om̃es inquam doctores & ſe doctiores deteſtans: & nõ inepte ipſe aſſimilatur Licophronti hiſtrioni, de quo Ariſtote. in fine.1. Elen. quod Licophron fecit propoſito lyram extollere, hoc eſt alia inſtrumẽta muſicalia ſibi ꝓ

poſita ſpreuit, ſolam ſuam lyrā laudando. Martinus hic alios literatiſſimos reſpuit, quaſi dictis eorum non ſit ad hibenda fides. & ꝙ ſuæ lyræ, id eſt, delyrę, male ſonanti hęreſi credendum ſit quam ipſe laudat. Merito hiſtrioni aſſimilatur, quia pater eius dicitur Loder, & dominus Io hānes Cochleus uocat arma Luteri hiſtrionica. Recte inquit Gregorius in cura paſto. c. 48. Hæreticos ad intellectum prauum, intentio praua non raperet, niſi prius ſup bia inflaret, dum ſe ꝓ cæteris ſapientes arbitrantur, ſequi alios ad melius intellecta deſpiciunt, atq; ut apud imperitū uulgus ſcientiæ ſibi nomen extorqueant, ſtudēt ſummopere & ab alijs recta deſtruere, & ſua peruerſa roborare. Et Aug⁹. 7. ſuper Geneſim c. 9. Non ob aliud fiunt hæretici, niſi ꝙ ſcripturas catholicas non recte intelligētes, ſuas opiniones contra eaꝝ ueritatē pertinaciter aſſerūt. Sed dicit glo. ſup illud Apoc. 22. Ego conſeruus tuus &c. Non ſunt à munere ꝓphetiæ alieni, qui habent gratiam interpretandi, ut Aug⁹, Hieronymus, Ambro. Gregori. Hæc ibi. Et ſic deus non relinquit eccleſiam abſq; ſanctis doctoribus. Vnde olim lætabatur mater noſtra Hieruſalem, quia rex ſuus diſpenſatorem ſtrenuum, & ciuem fideliſſimum de ſeruitute Babylonis ſibi redemit Auguſtinum. Modo triſtatur eccleſia militās, quia acerbiſſimum eius perſecutorem concluſit ſibi captiuitas Babylonica Luterinum. Multi quoq; & diuerſi doctores contra Luteri errata ſcripſerunt, uidelicet reuerendiſſ. Thomas Caietanus Cardinalis tit. ſancti Sixti, magiſter Sylueſter Prierias magiſter Palatij, Thomas Radinus Placētinus, Ambroſius Catharinus, Hieronymus Empſerus, dn̄s Iohannes Anglicanus eps̄ Roffenſis, Iodocus Clichtoueus, Iacobus Hochſtraten doctor & inquiſitor, Dn̄s Io. Cochleus doctor & decanus Francforden̄. dn̄s Io. Eckius doctor iuris, Iacobus Latomus Louanien̄. Illuſtriſſi. Henricus. 8. rex Angliæ ac dn̄s Hiberniæ, & dn̄s Iohannes Fabri epi, Conſtantien̄. in ſpūalibus uicarius. Ob id ego in hoc opere non uolo Mineruam docere, nec ligna in ſyluam por

tare,ſed duntaxat ſpicas poſt terga metentium colligere. Hoc tamē fateor, ſi Luterus ſolum in uitiorū reprehēſionem ꝓrupiſſet, & res fidei, & ſacramenta eccleſiæ, & eiuſdē determinationes non ita temere inuaſiſſet, & contra reuerentiam culminis apoſtolici locutus fuiſſet animo irreuerenti & infrunito, nemo ut ruſticus balatro cōtra eū ſcripſiſſet. Cum itaq; nulla in eo ſubſecuta ſit emēda, ſuccidaꝉ arbor, & falſæ ſententiæ & munitiones eius, in quibus ip̄e confidit, uaſtenꝉ. Finis enim locutionis ſapientium eſſe ſolet, ut uſq; eo dicant, quouſq; aduerſariis ſilentium imponant: non enim ſe oſtendere, ſed praua docentes compeſcere cupiunt.

Particula.iij.de ſolenni combuſtione librorum Luteri.

Acharon eradicabiꝉ, Sophoniæ.2.glo. Hoc ſuſtinebit, quod uocabulo ſuſtinebit: interpretatur enim Acharon eradicatio uel ſterilitas, & ſunt qui fructum non ferūt, ſed praua doctrina plurimos eradicant, ipſi quoq; eradicabunꝉ. Et Amos.1. Diſpergam habitatorem de Azoto. Vbi dicit Hierony. De Azoto auferꝉ habitator qui literā ſequens, hubera habet non lacte, ſed igne plena. Omnes enim chartæ uel libri hæreticorum debent concremari, ut facinoroſę peruerſitatis ueſtigia, ita combuſta flammis pereant. C. de hære. l. quæcunq;. & de epiſcopali audientia. l. mathematicos. & iſtas leges & conſimiles imperiales contra hæreticam prauitatem, in fidei augmentū Bonifacius approbat li. 6. de hæ. c. inqſitionis. Nouimus aūt omnes ꝙ ꝗiuſte libri Luteri ſunt in diuerſis uniuerſitatibus & ciuitatibus combuſti. Præterea cum magno zelo ſereniſſ. imperator Carolus. V. & Hiſpaniarum rex nuper in dieta Vangionica tradidit flammis ultricibus, inſtar oſſium regis Idumææ execrabiles libros Luteri in ſua præſentia tubis clangentibus & buccinis: ſic ad ſonitum tubarū ceciderūt muri in Hiericho. Et Amos.2. Morieꝉ in ſonitu Moab & in clangore tubæ.

gloſſa: Hæretici niſi in clangore tubæ moriunt, ut excelſis ſenſibus opprimant. In uoce tubæ mos eſt uictorē redire de prælio, inquit Ruffinus Aquil. in expōne ſymboli. Nec prætereundum eſt q̄d factū eſt Ro. anno. 1521. duodecima Iunij, hora. x. ſm noſtrū horologium, in cāpo agonis corā infinita ferme multitudine hoīm utriuſq; ſex⁹, ubi erecta erat machina, ab una parte fuit depict⁹ Martinus in habitu monachi, ab altera parte fuit ſcriptū in tabellis: Martini Luteri hæreſiarchæ doctrina hæretica declarata & reprobata: & paſſim libri eius fuerūt affixi, & corā hac machina pręhabita fuit oratio & declaratio ſententiæ per uenerabilem patrem Cyprianum ord. prędi. ſacræ theologiæ doct. lectorē legentē in ſapientia de domo uicarij papæ. Ignis quoq; cum machina cōpoſitus fuit, & accenſus p byrros. i. familiares inferiores uicarij papæ, & ſic libri cū imagine autoris aduſti ſunt. Iſaię. 1. Erit fortitudo ueſtra ut fauilla ſtuppæ, & opus ueſtrum quaſi ſcintilla, & ſuccendet utrunq;. Et Iob. 22. Nōne ſuccıſa eſt erectio eoꝝ, & reliquias coꝝ deuorauit ignis? Multa impietas in ſectis hæreticoꝝ, ſed his à deo ſubuerſis, ſubuerſa eſt & memoria impietatis, etiā ipa dogmata igne cremata, ut in Epheſo tpe apl'oꝝ, ut dicit glo. ꝑuer. 12. Multi nēpe ſunt act⁹ hæreticoꝝ, q unitatē fidei & tramitē ueritatis nō cuſtodiūt, & laborē uanū in libris cōponendis expendūt, q̄ꝝ doctrina plena ē rubigīe erroris & neqtiæ & eoꝝ cōſtructio uarijs & mſtis argumētis annullabit.

Particula. IIII. hæretici ſunt comburē di, contra Luterum.

SI quis in me non manſerit, mittet foras ſicut palmes & areſcet, & colliget eum, & in ignem mittēt & ardet. Io. 15. Aug⁹ ſuper Iohan. homil. 27. unū ex duobus palmitibus congruit, aut uitis, aut ignis. Si in uite non eſt, in igne erit. Sarmenta eñ præciſa de uite, proſiciunt ad ignem. Et recedentibus ab unitate eccleſiæ, cōminat ignis ſupplicium. Chryſ. Duæ ſunt pœnę doctoris

mali.ſ.excidi & in ignẽ mitti.Hæreſis eñ relapſa, & falſificatio literaꝝ apl'icarũ, ac uitiũ cõtra naturã, crimina dãnabilia & dãnoſa p ignẽ expiant.Iſai.16.Dñi gentiũ.i. apl'ici uiri exciderunt, habitatores Sabama.i.hæreticos, ne ex illis hæreſibus aliæ naſcerent in infinitũ. Flagella eius.i.palmites uſq; ad Iazer,q̊d interpretat incendiũ,ꝑuenerunt.Quare bene dicit Sap.4.Confringent rami in conſummati,& fructus eoꝝ inutiles & acerbi ad manducandũ,& ad nihilũ apti,niſi ad cõburendum.Et circa hãc ỽitatem errauit Luter,dicens: Hæreticos cõburi eſt contra ueritatẽ ſpũs.Practica tñ eccleſiæ eſt, ut hæretici incẽdio tradant,ut patet in Iohan.Huſſ & Hier.de Praga.Hæretici nanq; in cõtradictione Choræ ꝑfigurati ſunt ſm Thaddæũ,qui uiuus deſcẽdit ad ignẽ infernalẽ.Si eñ diuinatores & aruſpices concremãdi ſunt igne.C.de male. & math.q̃to magis hęretici,dño teſte & ꝓcipiente:Maleficos ne patiaris uiuere.Et glo.ſup illud Leuit.10.Egreſſus ignis à dño &c.His egredit ignis à dño,nõ q̄ ſacrificia incẽdat, qui dicat dñi gloria,ſed pœnalis:utrunq; eñ habet eccleſia,hunc ad illuminationem iuſtorum,illum ad pœnã impiorum.Luter incidit in errorẽ Lulli,qui dicit, quod interficientes hæreticos ſunt iniurioſi & uitioſi. Ioſue non pepercit .31. regibus, qui typum geſtant hæreticorum.

Particula.V.Duo gladij imminent ceruici Luteri.

ECce duo gladij hic, Lucæ.22. Hoc uerbũ de gladijs ad ſpũalem intelligentiam eſt magis referendum q̃ literalem : ſi eñ humano deus eos uoluiſſet uti auxilio,centum non ſuffeciſſent gladij.Et ſic beatus Bernardus in de conſiderat.ad Eugenium:Duo ſunt,inquit, gladij eccleſiæ : Vnus ſpiritualis, alter materialis.Spiritualis ab eccleſia, materialis pro eccleſia: Ille ſacerdotis manu, ille militis eſt extrahendus nutu ſacerdotis, & ad iuſſum imperatoris. Velit nolit prætenſus doctor

euangelicus, habet contra ſe duos gladios eccleſiaſticos: Excommunicatio quæ eſt mucro ſpiritualis, contra eum eſt lata, ut patet in Bulla apoſtolica, anno .1520. decimoſeptimo calen. Iulij Romæ data. Secundum eñ Iohannem 22. in extraua. ſua. Sancta Romana, Dignum eſt ut adulterinas plantationes, quas non pater cæleſtis, ſed humanæ temeritatis audacia plantat, apoſtolici culminis cenſura diuellat, nec patiatur in agro dominico peruerſæ congregationis uepres excreſcere, cui proprium eſt diuina opitulante gratia uirtutes ſerere, ac uitia radicitus extirpare. Edictum quoq; Auguſti in condemnationem librorum autoris exijt Vuormaciæ anno currente. Aug⁹ in li. de correctione Donatiſtaꝝ oſtendit utile & neceſſarium eſſe, ꝙ hæretici legib. imperialibus corrigant, eſt eñ lex delictoꝝ coercio. ff. de legi. l. 2. & à deo ꝓpt uindictã noxioꝝ, poteſtas gladij eſt permiſſa. 23. q. 4. c. quęſitum. Hoc enim præſidium in eccleſia eſſe Chriſtus uoluit, ſciens ꝙ eccleſia iam dilatata & pręualenti iniquitate ſine gladio materiali gubernari non potuit.

Declaratoria Cæſareæ ac catholicæ maieſtatis contra Martinum Luteꝝ ordinatio, Gallica lingua & manu propria ſcripta.

OMnes ſcitis me à Chriſtianiſſ. imperatorib⁹ Germanicæ nationis, catholicis Hiſpaniaꝝ regib. archiducib. Auſtriæ, ducibusq; Burgundię originẽ ducere, qui omnes fideliſſimi Ro. eccleſię uſq; ad obitum fuerũt, ac defenſores catholicæ fidei, ſacraꝝ ceremoniarum, decretoꝝ, inſtitutionũ, ſanctoꝝ deniq; rituũ ad honorẽ dei, augmentum fidei, & ſalutẽ aĩaꝝ. Poſt mortem quoꝝ cum natura iure hæreditario nobis has ſanctas catholicasq; obſeruantias (ut in eis ad eoꝝ exemplar uiuamus & moriamur) reliquiſſent: nos tanq̃ uerus eoꝝ imitator hucuſq; diuino fulti adiutorio uiximus. Quapropt ſtatuimus omnia ſupradicta, quæ prędeceſſores noſtri ac nos hactenus conſeruauimus, ſpecialit conſtituta per do

minos prædeceſſores noſtros tã in cõcilio Cõſtantien. q̃ alibi eſſe æquum conſeruare. Nam oibus euidẽter patet, ſolum Fratrẽ opinione ſua errare, qui contra uniuerſam Chriſtianitatem tã præteritã ultra mille annos, tã præſentẽ eſſe uidimus, qua opinione uniuerſa dicta Chriſtianitas fuiſſe & eſſe dicit̃ in errore. Igit̃ in hac re oib⁹ meis regnis, ꝓuincijs, amicis, corpore, ſanguie, uita, ac deniq; aia incumbere decreuimus. Nã magna nobis ꝓfecto eſſet ignominia, ac uobis qui ex nobili & inſigni Germaniæ natione oriundi eſtis, qui oẽs ſingulari priuilegio ac ꝑeminentia protectores ac defenſores Chriſtianæ fidei cõſtituti ſumus, & noſtro tp̃e non ſolũ hæreſis, ſed ne ſuſpicio hæreſis, aut Chriſtianæ religionis diminutio, negligentia noſtra orta, poſt nos in mortalium mentibus, noſtra ꝑpetua ignominia noſtrorũq; ſucceſſoꝝ remaneat. Pertinaci itaq; audita reſponſione, quã heri Luterus in noſtroꝝ oim pręſentia dixit, uobis declaramus, moleſte animum ferre tamdiu cõtra dictum Luteꝝ, eiuſq; famoſam doctrinã procedẽdi cauſam prorogaſſe, ac nullo mõ decreuimus cum amplius loquẽtem audire, ſed ut ſit ſtatim reductus iuxta formã ſui ſalui conduct⁹, eiuſdem tenorẽ ſeruantes, prohibẽtes eũ ne pręcicet, neue plebem ſua peſſima doctrina cõmoueat. Nec det cauſam ut in plebe aliquis oriat̃ tumultus, ac ueluti ſuperius diximus, decreuimus ac deliberauimus contra eum procedere, ſicut cõtra hęreticum uiꝝ & probatũ. Vos ut in hac re mentẽ ueſtram tanquã boni Chriſtiani ſignificetis, ac quemadmodum mihi polliciti eſtis. Datum Vuormaciæ manu propria, die decimonono Aprilis. An. M. D. XXI.

Carolus.

Principalis reſponſio Luteri.

¶Affirmauit Luterus oẽs libros fore ſuos, & ſuo noĩe & uolũtate euulgatos, nec uelle eos in æternũ reuocare.

Particula, VI. de ſequacibus Luteri charitatiua admonitio.

SI quis non obedierit uerbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & non commiſcemini cum illo ut cõfundatur. 2. ad Theſſal. 3. Expedit homines peſtilentes fugere. Nequitia enim hæreticorum comparata ſerpentibus & feris animantibus terræ, crudelior eſt, quia illi lædũt corpus & animam, ideo eorum ſequela noxia eſt. Hæreticorum nanq; aſtutia nonnunquam non aperta frõte, ſed doloſe incautos decipit. Audite ergo qui ſequimini Luterum cõſilium ſancti Ignatij in epiſtola ad Philadelphienſes, Tali ſcilicet corruptori uineę Chriſti ne cõmiſceamini, ne ſimul cũ eo pereatis, nec ſi pater ſit, nec filius, aut frater: non em̃, inquit, parcet oculus ſuper eum: qui ergo odio habent deũ, oportet etiã uos eos odire, & ſup inimicos eius tabeſcere. Hoc tenete, q̃d à ꝓgenitoribus ueſtris in his quæ fidei ſunt didiciſtis. Ex iniquis oẽs filij qui naſcunt, teſtes ſunt nequitiæ, Sapiẽ. 4. Nolite ergo fieri hæreticorum defenſores. Nã. 24. q. ult. qui aliorum, dicit: Ille qui hæreticos defendit, non ſolũ eſt hæreticus, ſed hæreſiarcha cenſendus. Et. C. de male. & math. l. culpa: Culpa ſimilis eſt tam ꝓhibita diſcere q̃ docere: æquũ enim ut immaniſſima ſacrilegia par pœnæ magnitudo percellat. Et Iohannes. 22. in extraua. quia quorundam mentes ſic pater mendacij dicit excæcaſſe, dicit: Si quis damnatas hæreſes deinceps ſcienter uerbo uel ſcripto defendere uel approbare præſumpſerit, de fratrum noſtrorum conſilio decernimus tanquam hæreticus ab omnibus euidẽter habeat, ubi dicit Zenzelinus de Caſſianis: Aequiparantur iſta duo: uerbo aliquid proferri uel ſcripto, & hæc ex certa ſcientia, ſecus autem diſputationis cauſa ad ỽitatis indaginem, ex quo ſumit argumentum ꝙ excõicatus eſt participans ſciẽter cum excommunicato, cum eo loquendo uel ſcribens ad excommunicatum, ita ſentit Garri. extra de ſen. ex. c. cõſtitution. li. 6.

Sed è regione qui ueritatem ſequuntur euangelicam liberabuntur ſapientia catholica, ne decipula hæreticorũ decipiãtur.

Particula .VII. quod Luterus eſt ſeditioſus & ſchiſmaticus in populo dei cõtra eccleſiaſticam libertatem.

INuenimus hunc hominem peſtiferum & concitantem ſeditionẽ Act.24. dixit Tertullus orator nomine, ſeniorum Iudæorum malitioſe contra Pauli accuſationem. Et in propoſito hoc uerbum implet in Lutero. Inuenimus hunc hominem &c. Seditio enim importat quandam contradictionem inter partes unius multitudinis, & opponitur paci & unitati multitudinis. Vnde hæretica doctrina corda perturbat, & de gente in gentẽ pergens ſeditionem excitat. Nõ eſt hic doctor à deo, nec euãgelicus doctor & magiſter imitator Chriſti doctoris pacis, qui in una ꝓpoſitione dicit: Si imperator uel princeps reuocent libertatem datã perſonis & rebus eccleſiaſticorum, nõ poteſt eis reſiſti ſine peccato & impietate. Quomodo res eccleſiarum auferent poſteri, quorum ꝓdeceſſores illas fundauerũt. Glo. ſuper illud Iſa.60. Aedificabunt filij peregrinoꝝ muros tuos dicit, principes gẽtium, qui per orbẽ ædificauerunt ſicut Conſtãtinus, qui Romæ duodecim eccleſias in honore duodecim apoſtolorum fecit. Et multi alij qui multas cõſtruxerunt eccleſias & neceſſaria præbuerunt. Profecto Conſtantinus imperator Helena mater eius, Carolus Magnus, & ſanctus Henricus imperator erũt iudices eius qui eneruat immunitatem libertatis eccleſiaſticæ, & ſuſcitat & nutrit tyrãnicam impietatem, & anhelat ad eccleſiarum ſpoliationem. Hoc modo cœpit prædicare Iohannes Huſſ Baronibus & nobilibus in Bohemia. Sed miror ualde quod epiſcopi & eccleſiaſtici iſtis procelloſis periculis nõ ſe opponant: uereor tamen quod multi eorum in eorum curijs Luterinos nutriant & eis adulentur, non metuentes in-

ſtantia eorum pericula. Eſt notandum quod Luter pōt etiam dici à lutina, fertur enim quod ſit artificialis lutiniſta, utinam tamen repelleret à ſe perſuaſorem ſeditionis & turbationis ſicut Dauid cithara repellebat malum ſpiritum à Saul. Cui itaq; iſtum pacis æmulum aſſimilabo? Et reuera illi tympaniſtæ qui in Franconia, quæ Frãcia oriẽtalis dicitur, fuit anno domini. 1476. Hic erat animalium brutorum paſtor apud uiculum Niclaes huſen uocatum, hic ſectatores plures nactus uirus diffundere cœpit, eo pernicioſius, qui & ſacerdotes & religioſos in populorum inuidiam adductos, ſpernentes abiectos habere cœperunt. Is uero ſimulatam puritatem quandam & innocentiam uitæ præponebat, edocens uitam cleri ĩgnominioſam fore. Telonia & pedagia dominis non eſſe ſoluenda. Omnes aquas & nemora libera omnibus eſſe, ac nonnulla alia nefanda in populo ſeminans, q nouitate gaudebat. Ea ſibi uirginem Mariam enarraſſe prędicabat. Vndiq; igitur gentes uotis occurrebant, diebúſque feſtis maxime concurſu hominum, longum ſermonem in odium cleri deducebat. Verba enim impiorum inſidiantur ſanguini, Prouerbiorum duodecimo: Et hæreticus proprĳs inſtat inuẽtionibus, ſed cum ſtultitia apparuerit per ſanctos prædicatores, diuinis arguetur ſententĳs. Eò igitur à Rodolpho epiſcopo Herbipolenſi miſſi exploratores, inde ſectatorem principalem ad Herbipolim ducentes, igni tradiderunt. Poſt cuius mortem hæc peregrinatio uirorum & mulierum euanuit. Vtinã & eo pacto quaſi ad Mithridatis literas omnes factiones & ſeductiones Luteri de medio raderentur, & ſua rediuiua ſerpentina plantaria rarefacta ſimul morerentur, & ipſe Luterus cum Hiero. in epiſtola ad Pammachium & Oceanum puro corde diceret, illam ſemper teneo fidẽ, in qua puer renatus ſum.

Particula, VIII. Luter ſugillat Papam irreuerenter.

POſuit Luterus in cælum os ſuum & lingua eius trāſiuit in terra. Papatum eſſe regnū Babylonis. & potentiā Nēroth robuſti uenatoris appellās, ac animo irreuerenti & infrunito dn̄m papam uocās antichriſtū, hæreticum, apoſtatam, infidelem, tyrannum, & alijs nominibus ignominioſis utendo, ꝙ minus facere non præſumeret, & in hac parte Rutenizat & Bohemizat, & peiꝰ loquiť ꝗ Vualdenſes, qui Ro. pſ̄æſulem non antichriſtū, ſed reliquis epiſcopis parem eſſe dicunt. Et indubie capiti eccleſiæ papę. ſ. ſanctus Bernardus in. 2. lib. ad Eugeni. oēm honorē attribuit, dicens: Papa eſt ſacerdos ſiue pontifex magnus princeps epõrum, hęres apl̄oꝝ, principatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abrahā, ordine Melchiſedec, dignitate Aaron, autoritate Moſes, iudicatu Samuel, ptāte Petrus, unctiōe Chriſtus. Et alibi: Papa ē frater diligētium deum, dux Chriſtianoꝝ, amicus ſponſi & ſponſæ paranymphus, de ordinatione plebeium paſtor, magiſter inſipiētium, refugium oppreſſoꝝ, pauperū aduocatus, miſerorū ſpes, pupillorū tutor, iudex uiduarū, oculus cæcoꝝ, lingua mutoꝝ, baculus ſenū, ultor ſcelerū, malorū metus, bonoꝝ gloria, uirga potentium, malleus tyrannorū, regum pater, legum moderator, ſal terræ, orbis lumē, ſacerdos altiſſimus, uicarius Ieſu Chriſti. Et ſummus pontifex diciť non cōſummatione, ſed capacitate, non comparatione meritorum ſed miniſtroꝝ. Eſt enim ſummus inter miniſtros. Et ergo. C. de ſum. trin. l. 1. ubi dicit Imperator, Nos reddentes honorem apl̄icę ſedi & dignitati ueſtrę, & nobis in uoto fuit & eſt, ut decet patrem, honorantes ueſtrā beatitudinem &c̄. Vnde papę obedire eſt de neceſſitate ſalutis: & peccatum paganitatis incurrit, qui cū Chriſtianū ſe aſſerit, ſedi apl̄icæ obedire contēnit. 81. diſt. Si qui ſunt caueant ergo ſubditi ne facile iudicent facta prelatorū, contradicētes ordinationi dei, q illi ptātem dedit ſicut ſcriptū ē: Oīs ptās à dño deo. Et quęrentē quō iſte Luterianus diuina myſteria pagat, an ne omittat in canone miſſæ hāc clauſulam una cū fa-

mulo tuo papa noſtro. Hoc ſacrilegium eſſet, quia canõn miſſæ totam paſſionem Chriſti repræſentat: & ſicut illa fuit integra, ita uerba canonis debent integraliter pronũtiari ſm Albertum Magnũ & Gabrielem Biel, & alios expoſitores canonis. Si ergo nomẽ papæ proferat, ſicut papa eſt famulus CHRISTI, & non antichriſtus, uel ipſe orat pro antichriſto, quia ipſe papam antichriſtum nominat: ſed ſicut dicit Rupertus abbas Tuitieñ. ſup Apoc. Contra Aaron pontificem Balaam ariolus, cõtra Petrũ Simon magus, contra quempiam legitimũ Ro. eccleſiæ antiſtitem, nonnunquam adulter quilibet introducitur ad maledicendum, hæretici facies catholicorum nõ erubeſcunt ſacerdotum, quorum tamen dignitas uenerãda eſt. Nec tyrãni ſunt qui in communi republica iure principant, ſed omnis ſuperbus hæreticus iuxta modum ſuũ tyrannidem exercet, & niſi ipẽ in corde tumeret, praua aſſerere non certaret.

Particula. IX. Romanis iniuriatur, & Bohemis adulatur.

Væ qui dicitis bonũ malũ, & malũ bonũ, ponentes amaꝝ. i. falſum i dulce, & dulce. i. ueꝝ in amaꝝ. Iſa. 5. Et ſm trãſlationem Aquilæ, uæ qui dicitis malo bonus es, & bono, malꝰ es. Nã ꝓuer. 17. Qui iuſtificat impiũ, & qui cõdemnat iuſtũ, abominabilis eſt uterq; apud deum, quia fecit contra iuſtitiam. Pariformiter Luterus malos. ſ. Bohemos bonos dicit, quos tanq̃ hæreticos Roma ſinglis annis execrat. Et bonos . ſ. Romanos, malos & hæreticos noiat, dicens in ſua captiuitate Babylonica non Bohemi nec Græci ſunt hæretici & ſchiſmatici noiandi, ſed uos Romani eſtis hæretici & impij ſchiſmatici. Contra illud quod dicit Apoſtolus ad Romanos 1. Omnibus qui ſunt Romæ dilectis dei & uocatis ſanctis, Et infra: Gratias ago deo meo quia fides ueſtra annunciatur in uniuerſo mundo. Ambroſius: Multis ꝓficit fides Romanoꝝ. Roma eñ cõis oim eſt patria. ff. ad municipa

les.I.Roma: itẽ dicit Amb.in li.de exceſ.fris.c.7.Ro.ecclesia cõis eſt omnibus catholicis ꝓculdubio ut caput.Dixit etiam Laurentius Pludericus Neapolitanus in breuiario decreti.24.q.1.c.memor.ꝙ Romana eccleſia nullã hęreſim fouet,ſed hæreſes deſtruit,& ſunt ỳba Sixti papæ: Memor ſum ſub illius nomine eccleſiæ præſidere, cuius confeſſio à domino Ieſu Chriſto glorificata eſt. Et Euſebius papa,in ſede apoſtolica extra maculã ſemper eſt catholica ſeruata religio. Et nullis hæreſibus Romana ſuccumbit eccleſia, non timet errare qui tenet fidem quam Romana tenet eccleſia: Imò omnes quæſtiones fidei ad eam proferẽdæ ſunt & terminãdæ. A Romana aũt eccleſia deficit Bohemia & Græcia, iugũ obedientiæ excuſſit: qui aũt iam in eam damnatam hęreſim labit,eius damnationis ſe participem facit. Ad hoc eſt bonus textus.24.q.1.c.Achatius.Non eſt factus inuẽtor noui erroris,ſed ueteris imitator,atq; ideo non erit neceſſarium, ut aduerſum eum noua ſententia prodiret, ſed antiqua tantummodo renouaretur.Martinus nõ noſter,ſed Bohemicus, antiquas ſtipulas combuſtas reuiuiſcere conatur, ſed nõ ſic impíj non ſic,nam uerba tua nõ ad ſalutem animaꝝ, ſed ad uſum tuæ nequitiæ contra catholicos litigãdo cõuertis. Duo ſunt gña locutionis.ſ.ꝑuerſa laudare, & recta uituperare. Et quid ad Romanos quod Gręci & Bohemi perierunt?

Particula. X. Decreta,decretales leges, theologiam ſcholaſticam,doctrinam Ariſtotelicam audet ſupplantare.

TVlerunt ſpicas.Iob.24. hic ſecundũ gloſſam de hæreticis exponitur,qui in eoꝝ mente patrũ ſententias deſtruunt,quæ per ſpicas ſignificant, quia dũ per figurã eloquia ꝓferunt ab eis tegmẽ literæ quaſi ariſtaꝝ paleas ſubtrahimus,ut medulla ſpũs reficiamur.Luter⁹ eñ ſummoꝝ pontificũ decreta hęreticiſſima uocat,

dicitq́ꝫ: Statuit leges papa, ſibi ſtatuat, mea ſalua libertate, uel occulte ſurrepta, non etiã, inquiens, formida Ro. epi uniuerſa decreta, q̃ ſimul & decretales, qbus in ſcholis & iudicijs utimur, combuſſit. Et ſic in Luteranis illud Iob.24. impletur: Alij terminos tranſtulerunt, quia hęretici conſtitutiones patrum p̃uaricando tranſcendũt. De legibus quoq́ꝫ imperialibus quę ſacros canones pleruncꝫ imitantur, dicit hoc, ſcio nullã rẽ legibus feliciter adminiſtrari. Si enim prudẽs fuerit magiſtratus ductu naturę, omnia felicius adminiſtrabit quã legibus. Attendite domini Facultiſtæ, quot et quãtas occaſiões q̃rit ad eneruãdũ oẽs uniuerſitates. Vniuerſitas nãq́ꝫ ẽ quaſi monoteſſarõ, hoc eſt unũ ex quatuor: corpus enim heterogeniũ eſt ex quatuor facultatib⁹, tanq̃ partibus integralibus cõpactũ. Ab hoc corpore aufert facultatẽ iuridicam, & ſcdm eũ nõ forẽt amodo doctores, nec in iure pontificio necꝫ impatorio. Corrodit q̊q́ꝫ doctores theologię, q̊rum quoſdam Ro. eccleſia ad catalogũ ſanctorũ poſuit. Ariſtotelẽ iubar philoſophorũ peſſundat, dicẽs: Philoſophia Ariſtotelis de uirtute morali, de obiecto, de actu elicito talis ẽ, quæ nec in populo doceri poſſit, nec eſt ſcripturæ intelligentiæ utilis, quia continet duntaxat portenta uerborum, non niſi ad contentiones uerborũ conficta, ita quãtum trahi poteſt ex ſuis erroribus, non relinqueretur in aliqua uniuerſitate niſi facultas medicinalis, de qua non meminit. Fortaſſis ex hac radice hoc puto eũ feciſſe, quia in interiori homine ſauciatus eſt, eóque pharmacia indiget, ſed dicit Iſaias: Ego non ſum medicus, ſcilicet ad curandum hæreticum, niſi deus eum corde contritum, & ad ueritatis uiam reductum ſanare uelit. Sed quid dicemus ad hęc omnia? qui enim decretalibus cõtradicit, uel eas non recipit, catholicam & apoſtolicam fidem credere non probatur, diſtin.20.c. de libellis: ſic ſcribit Leo papa epiſcopus Britanniæ, & Damaſus papa: Violatores canonum uoluntarie grauiter à ſanctis patribus iudicãtur à ſpiritu ſancto (cuius dono dicati ſunt) damnantur, quó-

niam blaſphemari ſpiritumſanctum nõ incõgrue uidentur.25.quæſt.1.c.uiolatores.Sed ſi ipſe negat ius commune,à quo genus humanum regitur,retineat ipſe ius profanum.De quo Iſai.65. Ius profanum in uaſis eorum, qui dicunt recede à nobis. Glo.ius profanum in uaſis eorum .i.in hæreticorum libris arte hæretica cõditum eſt.Et in tantam amentiam ueniunt,ut qui ipſis nõ fuerit ſimilis, quaſi perditum deteſtētur.Inſuper hæretici ſenſum ſanctorum patrũ ſpernunt, & errores nouos quaſi ludos uarios propter fauorem humanum,& terrenũ lucrum fingunt,errantes & in errorem alios mittentes, ut inexcuſabiles ſint cum iudicabit deus occulta cordium, & hæretici qui à ſanctæ eccleſiæ gremio extranei exiſtunt,conſtitutiones ſanctorũ patrum pͥuaricãtur, & imperitos ad ſe peruerſis pſuaſionibus trahunt, & doctrinis peſtiferis ad interficiendum nutriunt.Si leges debent tolli ſm eũ, ubi ergo manebunt legum conditores? Quõ ſtabit illud Prouer.8.Per me reges regnãt,& legũ cõditores iuſta decernũt.Veſaniã ſuã in Ariſtotelem parũper pondero, cũ ſcientia non habet inimicũ niſi ignorantẽ,nihilominus ſm Henricũ de Gandauo in.1.parte: Auditor theologiæ debet eſſe inſtructus in ſciẽtijs ſecularib.ex ipſis eñ ingenium acuit,& facilius arcana penetrant ſm Aug.de quãtitate animę,& error magiſtrorũ ſeculariũ cognoſcit & declinat.Et ſm Ambro. ſuper Lucã, legimus alia non ut teneamus,ſed ut repudiemus & facilius ex creaturarũ cognitione ad diuinorum cognitionem eleuemur.

Particula .XI. opera Dionyſij & Thomæ Aquinatis carpit & declinat Luterinus.

NE deſpicias narrationem presbyterorum ſapientium, & in prouerbijs eorum conuerſare, ab ipſis eñ diſces ſapientiam & doctrinam intellectus,Ecci.8.Arrogantes aũt hæretici multa inepta loquũtur,& in locutione ſua ſemper incipere ſtudẽt,quaſi ſuſpenſos auditores faciãt,qui nouum audire aliquid expe-

ſtent. Luterus ait cuius doctrina in lutrinam quaſi latrinā proiecta naſo rūcato ſubſannat opera Dionyſii Areopagitæ diſcipuli ſancti Pauli epiſcopi Athenienſiū, Francorum apoſtoli martyris inclyti, inter alia ſubdole euomens, ꝙ nihil firmæ ſit & ſolidæ eruditionis in li. de cæleſti hierar. ſed oīa meditata in illo libro ſunt ſomniis ſimilia. In theologia myſtica pernicioſiſſimus eſt, Platonizans magis ꝙ Chriſtianizans. In eccleſiaſtica uero theologia ludit allegoriis, quod eſt otioſorum hominū ſtudium: Hæc ille. Sed ꝑfecto propriū eſt arrogantis hæretici, ut cum rectum uel parum ſenſerit, inde eleuet, ut quaſi doctior reuerentiam à melioribus exigat, hinc & clara pompoſitate addit: Mihi non fuerit operoſum meliorem hierarchiam ſcribere ꝙ Dionyſii ſit. Forte iſte altius raptus fuit in cælū ꝙ ſanctus Paulus, à quo Dionyſius (cui ipſe iniuriam & irreuerentiam facit) iſta didicit. Eſto ꝙ meliorē ſcribere hierarchiam poſſit, quid prodeſt tñ hæretico iſti habere tātæ ſciētiæ diuitias, cū unitatē fidei in ea decernere nequiret, quō meliorē faceret hierarchiam qui optimam negat? quō allegorias ſatius conſcriberet q allegorias deridet, aſſerēs eas eſſe hominum otioſorum ſtudium? Quomodo ſaluabitur Apoſtolus ad Gal. 4. Hæc per allegoriam ſunt dicta? Autor nempe ſacræ ſcripturæ deus eſt, in cuius ptāte eſt ut non ſolum uoces ad ſignificādum accōmodet, quod etiā hō poteſt facere, ſed etiam res ipſas. Ideo cum in omnibus ſcientiis uoces ſignificēt, hoc propriū habet ſcientia theologica, ut res ipſæ ſignificatę per uoces etiā aliquid ſignificēt. Cæteꝝ nō otioſi erant doctores ſolennes, qui libros Dionyſii, & trāſtulerūt & expoſuerūt, ſicut Lynconienſis, Marſilius Ficinus, Alanus, Gillibertus, Ambroſius orator, Hugo, Albertus. Thomas, & Iohannes phūs in prologo trāſlationis Dionyſii ad Carolum imperatorē inquit: Nec uelut nos otioſos inertiæ ſomnoq; ſopitos, perpeſſi eſtis dormire, ne dum Heſperiis ſolummodo apicibus ſtudium impendamus, ad puriſſimos copioſiſſimosq; Graim latices recur-

rere, hauſtumq́ inde ſumere nō ualeremus. Detrahit q̃q; beato Thomę de Aquino, cuius ſcientia credit fuiſſe eidē inſpirata, & ex mentis raptu & orationis merito impetrata, qui & ab apoſtolis Petro & Paulo circa Iſaiam fuit inſtructus. Quoniam & apud Neapolim uocē audiuit de imagine crucifixi: Thoma bene ſcripſiſti de me, quā recipies à me mercedē? Qui reſpondit: Dñe non niſi te. Sed dicitur. 24. q. 3. Quid aūt iniquius eſt q̃ impia ſapere, & ſapientioribus doctoribus non credere? Hinc doctores errorum reddunt, quia catholicis tractatoribus aduerſant, nec unq̃ ueritatis diſcipuli fuerunt. Nos aūt doctrinā ſanctoꝶ patrū nō debemus declinare, & nouellas doctrinas nō ſapiētes cudere. Caueamus hæreticoꝶ inſidias, & deū timentibus conciliemur, & uiā iuſtitiæ & ỽitatis non deſeramus. Nā Ecci ubi ſuprà: Nō te prætereat narratio ſenioꝶ, ipſi em̄ didicerūt à patribus ſuis. Hæretici aūt cum uera mala contra bonos non inueniunt, fingunt quæ redarguant, ut cōtra doctos docti uideant, & contra doctores ueritatis uentoſa ỽba ꝓferunt, & ſpm̄ in naribus habētes, ſtulto iudicio ſolos ſe ſapientes putant.

Particula. XII. Stolide Luter alumnos congregauit, quos in fide nō generauit.

PErdix clamauit, congregauit quæ non peperit, fecit diuitias nō cū iudicio, in medio annoꝶ eius derelinquent eū, in nouiſſimis ſuis erit inſipiēs. Iere. 17. Qm̄ Luter nunc iniquitatis myſterium operaſ multos ſupplantando ut p̄miſſum uerbum ꝓpheticum aſſumere cogar. Secundum em̄ diuinos tractatores hoc ip̄m ỽbum ad hæreticos referendum eſt, quos propheta perdici inſipienti auiculę comparat. Perdix ſm Iſidoꝶ à uoce nomē habet, & ſm Albertum à perdendo dicitur. Nam ſm Plinium & reꝶ naturalium ſcrutatores perdix huius naturæ fraudulētę eſt, ut oua alterius perdicis ſurripiat, ut ea ſubtracta incubet & foueat. Eo modo ſm Auguſt. contra

Fauſtū contentioſus hæreticus ut perdix contentioſum animal clamat & congregat quæ non peperit. hæreticus nanq; aliena rapit dum ſanctæ eccleſiæ filios callidæ deceptionis clamore decipiens ad ſe trahit, & dicit gloſſa ſuper illud Eccleſiaſtici.11. Sicut perdix ducitur in caueam. Qui prudentes exiſtimantur ſæpe uerſutia hæreticorum capiuntur. Sicut enim uenter plenus male digeſtum cibum fœtide eructat, ita hæreticorum commoda fraudulenter ꝑducunt doloſa conſilia, ut quoſcunq; poſſint in caueam erroris & laqueum deceptionis præcipitent. Quanta quæſo mala audiuimus & uidimus ex ꝑdici loquaciſſimo perditiſſimū loquor Luteꝝ: quod enī homines in utroq; ſtatu ſub hæreſibus ſuis congregauit quaſi forent diuitiæ ſuæ, liquido procul dubio cōſtat in diuerſis oppidis Teutoniæ, quę hacten⁹ fuit Theotonia, id eſt, deifica natio. Hæc omnia fecit noſter perdix. Perdicem etenim naturales pugnacem dicunt & immundū ut palma ſit uictoris polluiſſe uictum. In quo intellige diabolum. Origenes: perdix, id eſt, diabolus clamādo per hæreticos, creaturas quas non generauit congregat & alienas facit ſuas, ſcilicet, ſimplices fidelium laqueo hæreticæ factionis impedit, ſed Luterianiſta fecit diuitias nō cum iudicio diſcretionis, quia ſi diſcretus fuiſſet, iudicium deī utiq; timuiſſet, ſed iuſtitiam dei, qua omnia ſub lege ſunt, in corde habuiſſet. Ideo dicitur Abacuk.2. Væ qui multiplicat. Non ſua, uſq; quo aggerat contra ſe denſum lutum. Luterus in domo congregatum fœtorem exhalat, ſic hæreſes cum multiplicantur & hæretici aggerunt, non ſuos mortis fœtorem generant. Cæterum perdici fraus ſua fructum non habet, imò ſuum laborem ꝑdit. Cum enim pulli per perdicem foti & adulti audiūt uocem proprię genitricis naturali quodam affectu matrem putatiuam quæ eas fouerat derelinquunt, & ad illā quæ eos genuit remittuntur ſecundum Iſido. & Ambroſium: Hoc modo hæretici incaſſum frequentius laborant, dum per eos decepti per dei gratiam & ſanctorum

doctorum prædicationem ad unam fidem & pœnitenti-am redeunt Iohan .10. Oues meæ uocem meam audiunt & ſequuntur me. Mercenarios autem fugiunt. Sic fit ut in medio dierum hæreticorum diuitiæ non ſuæ eos re-linquant & ad paſtorem qui eos redemit remittantur & ſic uiſa eorum inſipientia hæretici finaliter deficiēt.2.Tim. 2.Non enim ſemper ueritati reſiſtent quemadmodū nec Iamnes & Mambres reſiſtebant Moſi in tertio ſigno qñ eorum inſipientia fuit manifeſtata & dixerunt digitus dei hic eſt. Spumet igitur Luterus ueſanias ſuas & ut ra-na Aeſopi infletur contra fidelium quietem intimam,tā dem tñ inepta ſua doctrina ut malus nauis in uertice mō tis relinquetur, quia quod à ſpiritu ſancto non eſt,diſſol uetur,& ſecundum Euangeliſtam, Omnis plantatio quā non plantauit pater meus cæleſtis eradicabitur. Et Hie ronymus ſuper illud Iſa.10.& erit terrori profugus & re liquiæ ligni ſaltus eius præ paucitate dinumerabit. Hoc inquit ad hæreticos referri poteſt, quod poſtquam Ec-cleſiaſtica doctrina illuxerit, & omnes eorum decipulæ patuerint, tunc ad tantam deuenient ſolitudinem de ſal tu & infructuoſis arboribus ut innumerabili eorum mul-titudini quam hæretica prauitate deceperant uix pauci reſideant,qui eorum ſequantur errorem.Concludo igi tur cum Hieronymo,ſuper locum thematis. Perdix iſte diabolus per principes hæreticorum & ſi clamauerit & congregauerit quæ non peperit, & deceptorum multi-tudinem congregarit quæ poſtea demittet eum ut oim iudicio ſtultiſſimus comprobetur. Nam.2. Petri.2.de hæ reticis ſcribitur. Audaces ſibi placentes,id eſt, de ſe ma-gnam ſapientiam æſtimantes quod eſt argumentum in-ſipientiæ, hinc figurate dicitur ibidem,& Numeri.22. Subiugale mutum animal in hominis uoce loquens pro-hibuit prophetæ inſipientiam. Hieronymus ſuper Hie-remiam decimo: ad tempus, cum electi quoque manife-ſti fiant & probati ſunt, cum autem uiſitatio dei uene-rit & oculos eius ſtulta proſpexerit omnia conticeſcūt.

ſed ſapientiam contra diabolicum perdicem quaſi gallū cōgregat ſub alis, & q̄ſi aquila pullos prouocat ad uolandum ad cælum.

Particula. xiij. Quod obſeruatio operum ceremonialium legis non eſt meritoria nec charitas requirit ea.

QVid tentatis deum imponere iugum ſup ceruices diſcipuloꝝ q̄d neq; nos neq; patres noſtri portare potuimus inquit ſanctus Petrus Actuū. 15. Nonnulli enim de Iudæis Chriſtiani, ſed adhuc iudaizantes deſcendentes de Iudæa docebant fratres, quia niſi circūcidemini ſecundum morem Moſi non poteſtis ſalui fieri Et ita docebant ſeruari omnia legalia. Circūciſio em̄ eſt ꝓteſtatio uniuerſæ legis obſeruandæ, ad Galatas. 5. Cum iſtis iudaizantibus concurrit Martinus, quando in una ſua propoſitione dicit, licet opera legis quæcunq; fieri, ſi ea requirit fraterna charitas modo non lege cogente, quo caſu licet mō circuncidi, ſine periculo & cum multo merito. Ecce quō ſerpēs lubricus, & Proteus ipſe Luterus in uariaꝝ ſe mutat portenta hæreticaliū formarum. Nunc cū Helonitis mō cū Nazaræis hæreticis, nunc conuincitur pſeudochriſtianus & hæreticus, tunc iudaizator, & q̄uis iſta ſuis in locis ſint reprobata, alia tamē adducam argumenta contra eandem hæreſim. Dicitur enim Trenorum ſecundo: Prophetæ tui uiderunt falſa & ſtulta, uiderunt tibi aſſumptiones falas & erectiones, pſeudomagiſtri nanq; abſq; tēperamento charitatis ſimplicium corda cōuertunt doloſis cōfictiōibus falſa docētes, cauſa erroris aut ſocordię & iactantiæ. Quomō enim ſine piculo opera legis & circunciſiōis contingere poſſint, cū p gratiā dn̄i noſtri IeſuChriſti credimus ſaluari: gratuitum em̄ donū dei dat̄ ſine operibus legis, cū ad perfectum neminē duxit lex, ad Hebræ. 7. Et quo pacto charitas opera legis requirat quæ cum peccato mortali ſtare non pōt, cū opera legis ſunt mortua nō hn̄tia uim

aliquam: et mortifera, quia licite ſine peccato obſeruari non poſſūt. Ad Hebræ.8. Dicēdo nouum teſtamentū, ueterauit pri⁹: quod aūt antiquatur et ſeneſcit prope interitū eſt, et ita in his operibus nullū reperit̃ meritum. Et quō dies et nox, ueritas et umbra, bona opera et peccatum, onus leue & graue, Chriſtus & Iudæus commiſceri queant, ſcriptum enim eſt Deuteronomij. 22. Non arabis ſimul in boue & aſino .i. nō recipies euangeliū qđ in boue exprimitur, & in aſino .i. in Iudæorum obſeruantia q̄ aſino propter pōderis grauitatem aſſimilat̃. Porro om̄e ꝙ impedit profectū & fructū q ꝑuenit ex Chriſti redemptione pc̄m & ſine merito, ſic Apoſtolus ad Gala.5. loquitur de circunciſione, ſi circuncidemini Chriſtus nihil uobis proderit. Et Damaſcenus in quarto: Veniente ueritate inutilis eſt typus & umbra, quare ſuperfluum eſt circuncidi & contrariū ſancto baptiſmati. Et ita Actuum.15. unanimi diffinitione cōcluſum eſt circunciſionē non eſſe obſeruandam. Et quomodo inquit Apoſtolus ad Galatas quarto: Conuertimini rurſus ad egena & infirma elementa. Gloſſa. Rurſus dicit ut oſtendat quod nō diſtat modo lex poſt Chriſtum, ab antiqua idololatria, quæ nunquam ſine peccato fieri poteſt. Sunt igitur opera legis infirma elementa, quia non poſſunt à peccato mundare iuxta conſcientiam, ad Hebræos.9. Et hæc infirmitas prouenit ex eo quod ſunt egena in ſe non continetia gratiam. Concludo igitur cum Apoſtolo, ſi data eſſet lex quæ poſſet iuſtificare, Chriſtus gratis mortuus eſſet. Recedat ergo à pijs auribus Luteri theologia, imò ſtultilogia, & Iudæorum obſeruantijs non communicemus cum Ebionitis, Nazarçis & Cherintianis & Luterianis hæreticis.

Particula. xiiij. quod non eſt recens ſacramentorum inuentio.

QVænā doctrina hæc noua? Marci primo, dicebāt & inter ſe quærebant, qui mirabantur de miracu

lo quod fecerat Chriſtus in eiectione ſpũs immundi, & præ ſtupore de poteſtate huius facti inquiſitionem fecerãt. Noua enim eſt hæc doctrina, quia & mirabilis & cõfortata & non potero ad eam, ſecundum Pſalm̃. Sed reuera de quolibet ſchiſmatiarcha nouam cudente hæreſim inquiri poteſt: Quęnam doctrina hæc noua quæ in auribus noſtris ſonat? Hæc quidem doctrina mala, quia profana, dũ aliquid in ea deprehenditur fidei contrarium & coinquinatum, ſicut enim nouum uinum quanq̃ ſit dulce, multas tamen intermixtas habet feces, ſic & nouis adinuentionibus hæreticorum feculentum ſchiſmaticę uanitatis adiungit, & hi ſunt qui ueteribus hæreſibus iungũt nouas, & ꝓpter hoc apſus. 1. ad Tim. 6. ait Profanas uocũ nouitates deuita, & ad Hebræ. 13. Doctrinis uariis & peregrinis nolite abduci. Talia em̃ noua ſunt quaſi noxa à nocendo à ſatana procurata. Diabolus em̃ ſemper nouitate gaudet, ut dicat glo. Eccleſi. Nemo enim facile noua introducere debet, unde ſtatuta antiqua remoueanť diſ. 30. c. Hæc. Vnde ex hæreticorum nouitatib. fidei ſplẽdor obtenebreſcit, ſpeciei celſitudo tabeſcit. Amoris flamma refrigeſcit. Et turbida ꝓcella in eccleſia ſuccreſcit. Iſta dixiſſe uolui propter quendam articulũ Martini in quo infrunite dicit recens eſt ſacramentorum inuentio ubi tenebras pro luce producit, ſi profecto locutionem comparatam feciſſet ſacramenta nouæ legis ad antiqua legalia conferendi palliationem aliquotiens habuiſſet. Nouum enim dicitur id quod eſt ad antiquum Iſaiæ quadrageſimotertio: Ne memineris priorũ & antiqua ne intueamini, ecce ego facio noua, ſed ipſe abſolute hanc pronuntiat recens eſt ſacramentorum inuentio. O incauta locutio quaſi ab homine ſacramenta de nouo forent inſtituta. Et non immediate à Chriſto. Ex uerbis: Nempe inordinate prolatis incurritur hæreſis ſecundum Hieronymum, & hæc eſt præſumptuoſa ac impia blaſphemia & ueritatis doloſa immutatio. Non fideliter in ſacramentorum iniuriam garrula, ſed ad gu-

bernatorem eccleſiæ, & ſacramentorum inſtitutorem recurramus, illum ſedulo excitemus, qui non ſeruit, imperat uentis ut omnia ſedet, portum ſalutis indulgeat, hoſtē eccleſiæ manifeſtum comprimat, quæ eccleſiaſticorum ſacramentorum autori derogat qui & ſui erroris cæcitate inuolutus eccleſiæ calumniā infert. Sed trāſeamus ad propoſitionis palęſtrā & ſuppono qd' apoſtoli & eorum ſucceſſores ſunt uicarij Chriſti quantum ad regimen eccleſiæ conſtituti per fidem & fidei ſacramēta. Et ſicut non licet eis nec toti eccleſiæ aut concilio generali conſtituere aliam eccleſiam ita non licet eis tradere aliā fidem: Nec inſtituere alia ſacramenta, nec ea mutare, nec in eis q̊ ad ſubſtantialia diſpēſari. Sed per ſacramenta quæ de latere Chriſti pendentis in cruce fluxerūt eccleſia debet eſſe fabricata. Vnde & Iohā. .19. dicitur. Vnus militum latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis & aqua. Aperuit, inquit, Euan. latus eius ut illuc q̄dammodo uitæ hoſtium panderetur, unde ſacramenta eccleſiæ emanauerūt, ſine quibus ad uitam nō intratur. Sic eñ homo deſcendens de Hieruſalem in Hiericho uulneratus à latronibus ad ſtabulum reducitur à ſamaritano qui uulnerato appropians, uulnerū alligamenta adhibuit, dū contra originalis peccati & actualis uulnera ſacramentorū remedia, ſamaritanus inſtituit. Ille enim inſtituere dicitur, qui illi robur & uirtutē tribuit, ſicut etiā de legū inſtitutorib. dicit. Virtus aūt ſacramētoꝝ & collator eſt Chriſt⁹ & ipſe ſolus ſacramentorū eſt inſtitutor queadmodū etiam deus dedit populo Hebraico ſacramenta legalia certo tempore currentia & ſolum illū populū obligantia. Et finaliter eccl'ia inuentores nouitatum & errorum dijudicādo reſpuit eosq̧ inter ꝩos patres numerare cōtemnit.

Particula. XV. Quod ſacramentum eucharistiæ non miniſtratur laicis ſub utraq; ſpecie.

SIc nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti & diſpenſatores myſteriorum dei.1. Corin.3. Miniſtri eccleſiæ deo cooperantur ſacramenta populo miniſtrãdo mediatores inter deum & populum quibus diſpenſatio credita eſt. Et licet ſacramẽta inſtituere & mutare non poſſint quo ad ſubſtantialia: quia hoc eſt de iure diuino, tamen eoꝝ miniſtratio & diſpenſatio eis credita eſt, quia hoc eſt de iure humano. Chriſtus autẽ quo ordine & modo ſacramẽtum euchariſtiæ fidelibus foret miniſtrãdum uel ſub una ſpecie, uel duplici Apoſtolis & eoꝝ ſucceſſoribus reliquit ordinandum. Et in primitiua eccleſia nõ generaliter, ſed in certis eccleſijs fideles laici ſub utraq; ſpecie ſumebant. Hoc tunc paucitas fideliũ admittebat deuotione cõcurrente cum religioſa cautela, & propter uicinitatem dominicæ paſſiõis maior uiguit deuotio in populo Chriſtiano, & ſic ſumentes ſub uiſibili ſigno & ſpecie appropriata ſanguini feruẽtiores erãt, & ad ſanguinem effundendũ pro fide paratiores. Ad Philippenſes primo: Vobis datum eſt non ſolum ut in eum credatis, ſed etiam pro illo patiamini. Ceſſante autem tyrannorum perſecutione eccleſia inſtructa periculis & ſcandalis ex communione populi ſub utraq; ſpecie prouenientibus, concilia generalia celebrare cœpit, ritum antiquum commutando, ut uidelicet ſub ſpecie panis tãtum hoc ſacramentum laicis daretur. Hinc impie dicit Luterus, Ego conabor oſtendere omnes eſſe impios qui utriuſq; ſpeciei communionem laicis denegant. Et iterum negare laicis utranque ſpeciem eſt impium & tyrannicum. Hæretici enim ſecuri omnia ſe ſuperare putant, ſed ſicut umbraculum cuſtodis tranſeunte tempore deſtruitur, ita congeries hæreticorum mox euaneſcit: & quia iſta aſſertio temeraria eſt, & ad ſolum proijcienda ut ab hominibus conculcetur. Denegatur itaq; communio ſub utraque ſpecie laicis ob euitatiõem magnorum periculorum quæ contingere poſſent in diſtillatione ſanguinis, propter multitudinem ſeſe circa al-

tare premētium, et item generale cōcilium præcepit ut ſacerdos euchariſtiam ſemper habeat paratā propter infirmos, ne ſine cōmunione morianť, de conſe.diſtinctione.2.presbyter. Ibi nō præcepit ſanguinē ſeruari: quia opus eſſet cautela, ane effundatur, aut in hyeme congeletur, aut in acetum conuertatur. Ex effuſione enim ſanguinis ſequeretur nota irreuērētię, et Canones pœnitentias iniungunt ſacerdotibus negligentibus circa effuſionem ſanguinis. De conſe.diſtinctio.2.Si ergo fuiſſet neceſſaria cōmunicatio ſub utraq; ſpecie quoad laicos, utique canon poſuiſſet pœnitentias graues ipſis lacis circa effuſionem ſanguinis. Præterea credebant quidā ſimplices q̄d in altera ſpecie totū Chriſtū non reciperent, ideo ut hic error à cordibus fideliū tolleretur, eccleſia ordinauit, ut laici ſub ſpecie panis communicarent. Chriſtus em̄ totus ſub utraq; ſpecie cōtineť, & ſub q̄libet ſpecie & ſub qualibet particula utriuſq; ſpeciei. Qui ergo ſub ſpecie panis communicat, totum Chriſtum ſumit & cum corpore ſanguinem recipit, non enim eſt corpus animatum & uiuum ſine ſanguine. Bonauentura enim in quarto diſtinctio.11.quæſtione ſecunda: miraculum adducit de eo, cui exiuit ſanguis ab hoſtia, quia non credebat, quod eſſet ſanguis ſub ſpecie panis. Sic ſæpe legimus de Iudæis qui hoſtiam conſecratam malitioſe perforauerunt & ſanguis inde ſtillabat. Sacerdos quoq; in die paraſceues, quando non conſecrat corpus domini, ſub ſpecie panis tantum ſumit. Similiter in ueteri lege de libaminibus nihil habuerunt offerentes, ſed ſoli ſacerdotes, per quod ſignificabatur potus huius ſacramenti, & cum dicitur Iohannis ſexto: Niſi biberitis & cætera. Non nominat ſpeciem uini ſed ſanguinem. Virtus nanque huius ſacramenti non dependit à ſpeciebus illis uiſibilibus, ſed à rebus contentis ſub ſpeciebus. Et CHRISTVS quinque millia hominum ſatiauit in deſerto, & non legitur de potu, & ſimiliter de manna & de pane Eliæ, quæ omnia figurabant euchari-

ſtiam. Nec poteſt aliquis doctorum aſſignari à quingẽtis annis, qui teneat ꝙ cõmunio ſub utraque ſpecie ſit laicis neceſſaria. Hoc tamen eſt notandum, ꝙ ad cõſecrandum requirit utriuſque ſpeciei integritas, ita quod ſacerdos offerens ſacrificium non debet cõſecrare corpus, niſi etiã cõſecret ſanguinẽ. In ultima cœna Chriſtus apl'os ordinãs ſacerdotes dixit: hoc facite in meam commemorationẽ, id eſt, ſub utraque ſpecie conficite, & non dixit, ſub utraque ſpecie aliis date: perfectio enim ſigni hoc exigit, quia in hoc repræſentat dominica paſſio, in qua ſanguis Chriſti à corpore fuit ſeparatus, & in hoc impletur oblatio Melchiſedec. Et in lege Moſi ſacerdotes ſanguinẽ offerebãt, non autem laici. Et uerbũ Apoſtoli.1.ad Cor.9. hunc modum communicandi ſub utraque ſpecie non præcepit, ſed permiſit: & factũ Chriſti in cœna narrauit, & præceptũ non dedit, ſicut in ſimili dicitur: Soluite templum hoc &c̃. Et alibi: Quod facis fac citius. Hoc eſt uerbum ꝑmittentis, non præcipientis uel cõſulentis. In ſcriptura ſancta multa uerba imperatiui modi, non ponunt imperatiue uel imperanter, ſicut illud.3.Regũ.22. Egredere & fac ita. Et Iohan.13. Quod facis fac citius. Sed hæreticus quæ non intelligit in ſcripturis, ut libet interpretat.

Particula. XVI. quod pugnandum eſt aduerſus Turcas.

SI non pugnauerimus aduerſus gentes pro animab. noſtris & iuſtificationibus noſtris, citius ꝑdent nos à terra.1.Macha.1. His ỽbis contrariari uidetur una propõ Luteriana, quæ dicit: Præliare aduerſus Turcas, ẽ repugnare deo uiſitãti iniquitates noſtras per illos. Vbi nota, quod in caſu à deo permittente ſit, ut exigentibus peccatis noſtris in uirga ferrea à deo uiſitemur & flagellemur in noſtram correptionem per infideles, ſicut legimus hoc factum fuiſſe per Hunos & Gothos & Vuandalos, ut Attila diceret ſe flagellum dei. Sed ex hoc inferre non debet, quod præliare aduerſus Turcas ſit repugnare

deo &c. nam hoc repugnat geſtis ueteris teſtamenti, ſacris canonibus, & nouæ legis hiſtorijs. Pugnauit enim Iſrael orante Moſe contra Amalechitas, q figurabant Turcas ſicut & cæteræ nationes illius temporis. Amalechitæ enim interpretãtur gentes brutæ, & ibi deſignãtur Turcæ brutaliter & ſpurciſſime uiuẽtes. Itemq; ſol retinuit curſum ſuum, ne uictoris Ioſue retineret triũphũ à cæde peſſimorũ regum. Madianitarũ munitiſſima caſtra diſſipauit Gedeon. Ammonitarum numeroſum exercitum ſuperauit Iepte. Superbiſſimos Philiſteos humiliauit Sãſon, Dauid Goliã. Cananęos exterminauit Delbora, Iudas Machabęus nationes gentiũ, multa ſunt hmõi in ueteri lege. Sed beatus Tho. 1.2.q.104.ar.2. populus Iudæorum ad hoc electus erat à deo quod ex eo Chriſtus naſceretur, & ideo oportuit totum illius populi ſtatum eſſe ꝓpheticum & figuralem: & iudicialia illi populo tradita ſunt figuralia, ſicut bella & geſta illius populi exponũtur myſtice. Arma enim & uictoriæ antiquorum patrũ, ſunt nobis in exemplum bellorum pro eccleſia patria: unde ſicut tunc pugnatum fuit contra incircumciſos, ita in noua lege contra infideles, & præcipue contra Saracenos. Idem repugnat ſacris canonibus. Saracenos enim debemus perſequi, qui Chriſtianos perſequuntur, et ex urbibus et proprijs ſedibus pellunt. 23. quæſtio. octaua c. diſpar, et ibidem canone omni timore et terrore depoſito contra inimicos ſanctæ fidei, et aduerſarios omniũ religionũ agere uiriliter ſtudete. Nouit enim oĩpotens, ſi quilibet ueſtrorum morietur quod ꝓ ueritate fidei et ſaluatione patriæ, ac defenſione Chriſtianorum mortuus eſt, et ideo ab eo p̃miũ cęleſte conſequetur, et ſic illa bella ſunt meritoria, et ergo ſecũdũ Gregorium ad Gennadiũ Patritium et Eparchum Africæ, ſicut antiquitus ducibus conceſſum fuit bellare, ſic et modernis, dummodo non uellent deſiderio fundendi ſanguinẽ, ſed rẽpub. pro fide Chriſti ampliando. Cæterũ quod hoc non ſit repugnare deo, patet ex geſto Chriſtianorum princi-

pum. Conſtantino magno oſtenſum eſt ſignum crucis, hac uoce audita: In hoc Conſtantine uince, & Theodoſio dicitur: O nimium dilecte deo cui militat æther. Et conuocati ueniunt ad claſſica uenti. Inſuper Carolus acturus ac præcellens Godefridus fortiſſimi Chriſtiani producuntur in teſtes. Quid Iohannis Huniadis uictorias referamus? Quid Georgij Albani triumphos commemoremus? Nonne Conradus marchio montis ferrati, omni q̄q; anno tpe æſtiuo contra Saracenos pugnauit? De hoc poeta Samarienſis,

Vnicus ille leo fidei uigor, unicus imò
  Murus & hoſtilis, unicus ille timor.
Dux uerus, noſtræ Conradus cauſa ſalutis,
Qui modo regnantes & fortes fregerat arces.
  Cui genus & cenſus robora multa dabant.

¶Accedet ad hæc oratio eccleſiæ. Omnipotens ſempiterne deus, in cuius manu ſunt omnium poteſtates, & omnia iura regnorum, reſpice ad Romanum benignus imperium, gentes quæ in ſua feritate confidunt potentiæ tuæ dextera comprimantur. Et ſic niſi pugnauerimus contra Turcas, citius perdent nos à terra. Nonne anno prætereunte Turca Belgradum apud Danubium, quam urbem Taurinum appellauere maiores, ætas autem noſtra Albam, quod oppidum totius regni Vngariæ erat clauſtrum & antemurale, in ſuam cepit ditionem? Et ſucceſſu temporis inſulam Rhodum à militibus Hieroſolymitanis ui bellica accepit, quæ totius orientalis maris erat ianua. Nunc ergo ſtrenui Chriſtiani principes & milites accingimini, & eſtote filij potentes, ut pugnetis aduerſus nationes Turcarum, date animas pro teſtamento patrum, & mementote operum eorum quæ fecerunt in generationibus ſuis, & accipietis gloriam magnam & nomen æternum, & ne timueritis potentiam eorum, in deo enim facietis uirtutem, & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos. Auguſtinus: Deus erit exercitus & uictoria, In exercitu enim

noſtro dux deus eſt, quem non derelinquimus ſecundo Paralipome. decimotertio : Et facite inter uos treugas & inducias ſecundum mandatum ſanctiſſimi domini noſtri Papæ Adriani ſexti.

Particula finalis & remiſſoria

AD iniquitatem eorum ſubleuabunt animas eorum, Oſee quarto. Hæretici quanto plures, tanto magis delinquunt deo, & iuxta numerum ſuum ampliant dogmata errorum: & dicendo, deus nihil aliud quærit niſi ueritatem fidei, quam ſi cuſtodieritis, non curat quid agatis, & ſic ſubleuant animas eorum in peccatis ut non pœniteant, ſed in ſceleribus gaudeant. Vnde & populus qui docetur, & ſacerdos qui ſic dicit, pariter peribunt. Martinus autem Luter inquit: CHRISTVS nunquam peccatores coegit timore ad pœnitentiam. Et item uerbum illud eſt periculoſum diui Hieronymi, ſiue male poſitum, ſiue male intellectū, quo pœnitentiam appellat ſecundam poſt naufragium tabulam, quaſi baptiſmus non ſit pœnitentia, cum tamen Lucas referat: Si pœnitentiam non egeritis, omnes ſimul peribitis. Et apud Euangeliſtas baptiſmus & pœnitentia in numerum ponunt. Peccatum quoque actuale cum conſummatum fuerit, generat mortem, quod non niſi per pœnitentiam expiari poteſt, ſicut originale per baptiſmum. Cæterum exorbitanter circa ſacramenta eccleſiæ errat. Hæreticus nempe eſt qui male ſentit de eccleſiæ ſacramentis, extra de hæretic. cap. ad abolendam. Et Ambroſi. Ordinis ſeruorum beatæ uirginis: Maior, inquit, omnium infidelium peſtis & fidei Ieſu magis inimica eſt hæreticorum negantium & ſophiſticantium fidem euangelicam, ſed fides habet ꝙ ſacramēta nouæ legis efficaciā habent ex Chriſti paſſione, ſic non eſt recens inuentio ſacramentorum. Et Luter quaſi omnes errores Vualdenſium renouat, & liga-

uit eum diabolus ne ualeat ſtabilis manere, ſed omni uento doctrinæ circunfertur, & eius retributio erit luctus. Nam uiam latam peruerſitatis arripuit, & à recto tramite abijt. Nec iſtis erroribus ſatiatus, etiam ultima duo præcepta decalogi inualidat, aſſerens quod peccata cōtra duo ulti. pręcepta decalogi cōmiſſa ſunt prorſus à confeſſione ſecludenda, contra illud Iſaiæ primo: Aufer te malum cogitationum ueſtrarum. Peruerſæ cogitationes ſeparant à deo, & qui uiderit mulierem &c. mœchatus eſt, Matthæi quinto. Pſalm. Etenim iniquitates operamini in cordibus ueſtris. Auguſtinus: Quicquid uis & & non potes, deus factum reputat. Sed qui perdit conſcientiam bonarum cogitationum, neceſſe eſt ut in naufragium multorum errorum deueniat. Et repulſa fidei ueritate, in æternum pereat. Et Matthæi. 23. Væ uobis qui mundatis quod foris eſt, intus autem pleni rapina & immunditia. Contra quoque fratres mendicantes perperam loquitur, & tamen Sixtus quartus in extraua. uice illorum ait: Cum in ueritate fides noſtra ſit illuminata, & eccleſia exaltata per Mendicantes, & præſertim per Ordines Prædicatorum & Minorum, ut iura teſtantur. De operibus noſtris ſcribit ſic: Opera nihil ſunt coram deo, aut omnia ſunt ęqualia, quantum ad meritum pertinet. Ponit unam hypotheticam diſiunctiuā, cuius utraque pars eſt falſa. Fides enim ſine operibus otioſa & mortua eſt, & qui facit ueritatem uenit ad lucem, ut manifeſtentur opera eius, quia in deo facta ſunt, Iohannis tertio: Contra ſecundam partem eſt diſputatio Hieronymi in ſecundo libro contra Iouinianum, quia ſi omnia opera eſſent ęqualia, omnes ſancti haberēt unā remunerationem: Contra illud, In domo patris mei māſiones multæ ſunt: Et ſtella differt à ſtella. De alijs articulis damnatis in Bulla Apoſtolica & Edicto Imperiali, & in determinatione uniuerſitatis Pariſieñ. & aliarum, & in Doctrinatione multorum doctorum ſuperſedere uolo, nec neceſſe eſt, ut ſingula deliramenta, quæ hære-

tici proferunt, unus libellus ſubuertat. Offero tamen omnia præfata iudicio aliorum melius ſentientium, & ſubmitto me & mea paucula ſcripta correctioni eorundem.

FINIS.

FRATRIS MATTHAEI VVISMARIANI, ORDINIS PRAEdicatorum, in Martinum Luterum cõſpurcatorem Chriſtianæ religionis impudentiſſimum Pentacontoſtichon.

Semideos ſeſe cupiunt plerique uideri,
 Quos uix humanum nomen in orbe decet.
Cornigero uult rana boui præſtare paluſtris,
 Pulchrior eſt niueo coruus olore ſibi.
Vile culex animal mentitur grande elephanti
 Robur, aranea apis num lupus agnus erit?
Mus leo magnanimus, ceruus uulpecula haberi
 Appetit excelſus, candidus ater homo.
Omnia cernimus inuerti nequam ingenioque
 Vipereo flatu, quem ſtolida ora uomunt.
Poſt primæuorum diruptas hæreticorum,
 Et fuſas acies, en noua monſtra fremunt.
Lutra rapax genere amphibio exteriore Luterus
 Pelle nitens, intus uiſcera fœda trahit.
Impius, elatus, trux, intractabilis, audax,
 Garrulus, imprudens, perfidus, aſper, hebes.
In ſublime ratus craſſum ſe figere poſſe
 Ingenium numen, lucido ab axe ruit.
Sęua cui ambitio doctos inceſſere ſuaſit,
 Illuſtresq; uiros nominis aucta fame.
Rumpitur immiti ſciolus præſumptor agone
 Hieronymo, Ambroſio cedere turpe putans.
Indocta indoctus diffudit dogmata doctor,

S

Nimirum indocilis rite docere nequit.
O Martine tuis cum complicibus reſipiſce,
Ni phlegetonteis eligis obrui aquis.
Vos ô terrigenæ uos conuenio, meminiſſe
Vos uolo pollicitum fœdus in æde dei.
Ingenitas quando ſordes ſacra diluit unda,
Nonne indicta atro bella fuere duci?
Cur ergo æthereo deſerto principe fumis,
Veſtra excęcantur lumina, migrat honor?
Cur crudeles heroas præfertis auito
Regi, à quo uobis mens deiformis ineſt?
Cur immundus adhuc dominatur apoſtata ueſtrî
Dux ratione carens, mancipiumq́; necis.
Inclyta dic ſodes uaſti Germania mundi
Pars haud infima, dic error hic unde tibi?
Hactenus emicuit probitas tua claraq́; uirtus
Romani imperij qua duce in arce ſedes.
Sceptra tenes, & magni orbis moderaris habenas,
Decretis parent omnia regna tuis.
Plecte igitur ſontes, & noxia pelle aconita,
Duret ut æternum gloria in orbe tua.
Cerne applaudentem tibi ſummo ex æthere regem,
Hymnos cui recinat ſexus uterq; pios.
Cæſare Germano, Germano eccleſia gaudet
Pontifice, id nouiter prouido agente deo.
Longæui ſuperes rex maxime Neſtoris annos
O Carole, ô felix uiue Hadriane diu.

TRACTATVS DE PVRGATORIO, PER FRATREM

Bernhardum de Lutzẽburgo, Ordinis Prædicatorum, ſub certis Paragraphis collectus.

PROLOGVS DE HAERETICIS negantibus Purgatorium.

¶Paragraphus primus.

DRACO INFERNALIS, DIrum toto pectore uirus geſtans, animarum ſanguinem ſine intermiſſione ſitiens, adinuentiones errorum ſuſcitare molitur, & præcipue circa Purgatorium, ut iuge ſacrificium ab eccleſia tollatur, memoriaq; animarum pereat, ac fruſtrentur ſuffragia & preces uniuerſalis eccleſiæ, quo errore irretiti fuerunt Græci, ſed tempore concilij Baſilienſis editus fuit libellus Græce ſcriptus, in quo plures Græcorum doctores citantur, ex quorũ teſtimonio aiũt Græcos in concilio Florentino hanc hæreſim recognouiſſe & abiuraſſe, cæterum Ruthenos, deinde Vualdenſes, & ſucceſſiue Vuicleffitas & Huſſitas ſatanas in hoc errore inuoluit. Et nouiſſime Luterani draconis ſibilatione commoti, tanquam filij alieni, claudicantes à ſemitis ſanctorum patrum, purgatorium negant. De quorum numero quidam prætenſus doctor apud nos apparuit, ſed ad indictam palęſtram nõ comparuit. Et ſciat lector hæreticos purgatoriũ non intraturos, ſed infernus erit eorum hoſpitium. Et Saraceni, fidei noſtræ æmuli, erũt eorũ iudices. Nam & hi purgatorium ponunt, dicit enim Machometus in Alchorano in decimo articulo fidei ſuę, Crede quod homines tranſibunt per Purgatorium, & ibi ſtabunt, alij amplius, aliqui minus. Et Plato, uirtutes animæ ſeparatæ ſunt rationes animi purgati, nec poſſunt induci in medio, ſed purgantur in cãpis eliſeis.

Occaſiones cur nonnulli ceciderunt in errores de Purgatorio.

¶Paragraphus ſecundus.

EST tritum ſermone prouerbium: Qui uult uitare Syrtim, incidit in Charybd. Et fugiẽs urſum incidit in leonem, Amos.5. Quidam uitare uolentes Origenis errorem, ponẽtes omnes pœnas poſt mortem purgatorias eſſe, in contrarium prolapſi ſunt, ut dicant poſt mortem nullam pœnam purgatoriam. Eccleſia aũt ſancta inter errores contrarios cauto paſſu incedit in ſtatu animarum, & quaſdam pœnas purgatorias cõfitetur, eo℞ duntaxat qui abſq; mortali decedunt: ſed eos qui cũ mortali decedũt, cũ diabolo & angelis eius confitet̃ ęterno ſupplicio cruciandos. Aliȷ̃ errauerunt, putantes ꝙ qñ ſeparatur à corpore, quod ipſa dimittat pct̃ã: erroneum eſt, quia anima corpori coniuncta, recipit corporis mutabilitatem, & corpus aggrauat animam, ſed anima ſeparata firmatur in gratia, uel obſtinat̃ in peccato. Eccl.11. Si ceciderit lignum ad auſtrum aut aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit. Et ſi dicatur, ergo nullum erit purgatorium, quia inter auſtrum & aquilonem nullum ponitur medium. Dicitur: ꝙ quia uenialia nõ uariant ſtatum hominis poſt mortem, ideo ſicut moriens in ueniali, adiũcto mortali cadit in aquilonem.i. in locum reproborum (nam ſecundum Damaſcenum, quod eſt hominibus mors, hoc angelis eſt caſus) ſic moriens in ueniali ſolo cadit ad auſtrum.i. locum electo℞, quia cadit in calore charitatis. Aliȷ̃ dubitauerũt de purgatorio, quia de eo in primitiua eccleſiã rara fuit mentio. Sed reſpondendũ eſt eis, quod non neceſſaria fuit purgatoriȷ̃ & indulgentia℞ fides in primitiua eccleſia atq; nunc eſt: nam tunc adeo charitas ardebat, ut paratiſſimi fuiſſent ſinguli ꝓ Chriſto mortem ſuſcipere, & rara fuerunt crimina, & ea quæ cõtigerunt, magna fuerãt canonum ſeueritate uindicata, modo autem non ſuſtinerent rigorem canonum, unde non abſq; maxima ſpũſſancti diſpenſatione factum eſt, ꝙ poſt tot annorum curricula purgatoriȷ̃ fides ab orthodoxis generaliter ſit recepta. Aliȷ̃ aũt ut Luterani, dicunt ꝙ ſcriptura diuina tota prorſus nihil habet de purgatorio,

ſed hoc improbabiť in ſequenti tertio paragrapho.

¶Purgatorium oſtenditur ex canonica ſcriptura. Paragraphus tertius.

SAcra ſcriptura eſt quaſi quoddam conclaue ueritatum, quas Chriſtianus ſcire debet, & ſic nemini dubium eſt, quin ueritas purgatorij in ipa contineať. Matt.eñ.12.diciť: Qui dixerit ỽbum cõtra ſpm̄ſanctum, nõ remitteť ei, neq; in hoc ſeculo neq; in futuro. Et Gregorius in.4.dialogo. Hac ſententia datur intelligi, quaſdam culpas in hoc ſeculo, quaſdam in futuro poſſe relaxari: quod enim de uno negať, conſequens intellectus patet. quia de quibuſdam concediť. Si enim peccatũ in ſpm̃ ſanctum eſt irremiſſibile in futuro ſeculo, ergo aliquod peccatum eſt remiſſibile. Nam per locum à cõtrario ſenſu ſumiť efficax argumentum. Præterea Mat.5. Eſto con ſentiẽs aduerſario tuo cito, dum es in uia cum eo, ne tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris: amen dico tibi, non exies inde donec nouiſſimum quadrantem reddes: & per carcerem intelligitur purgatorium, & per quadrantem minuta pec cata. Nõ ergo poteſt intelligi de incarceratis in inferno, quia illi non poſſunt reddere. Et Apoſtolus.1.Cor.3. Vniuſcuiuſq; opus quale ſit, ignis ꝓbabit: ſi cuius opus arſerit, detrimentũ patieť, ipſe tñ ſaluus erit, ſic tñ q̃ſi p ignẽ. Et infrà: Qui ſupædificat lignum, fœnum, & ſtipulã, ſaluus erit, quaſi per ignẽ. Patieť eñ talis pœnã, nõ ęternã, quia qui per ignem inferni patiuntur, non ſaluanť. Et b. Thom.1.2.q.80.dicit: Pro iſtis patiť ignem, uel tribulationis temporalis in hac uita, uel purgatorij poſt hãc uitã, & tamen ſalutem conſequeť æternam. Et omnes gradus peccatoꝝ uenialium ad tria reducunť.ſ.ad lignum, q̃d diutius ardet in igne, ad ſtipulam, quæ citiſſime expeditur ad fœnum, quod medio modo ſe habet. Secundum enim quod peccata uenialia ſunt maioris uel minoris adhęrentiæ uel grauitatis, citius uel tardius per ignem purganť. Glo. Malachiæ.3. Dñs eſt ignis conſumẽs lignum, fœnũ,

ſtipulam,grauia pctã grauiẽ puniens, & his qui parua & leuia cõmittunt, eſt herba fullonum,ut lotis munditiam reſtituat,& lauet pedes filiorꝫ Sion. Et.50.diſt.c.Et purgabit:Poſt pctm̃ & pnĩam placere incipiunt,cum omniũ fuerint pctõꝝ ſorde purgati Et.25.di c.qualis: Parua mi nimaq́ꝫ pctã poſt mortem grauant,ſi adhuc in uita poſitis,minime in morte fuerint relaxata.

¶Purgatorium conuincitur rationibus. Paragraphus quartus.

DIcitur.1.Petri.3.Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti uos rationem de ea,quę in uobis eſt,ſpe.Præter autem ſacram ſcripturam quærẽdæ ſunt nobis probationes,quod purgatorium ſit. Alb. in.4. Omnibus modis neceſſe eſt ẜm om̃em rationem & fidem,quod purgatorium ſit,& ad hoc multæ aſſignantur rationes ex principijs ſanctorum doctorum,quarum prima eſt: Ad cæleſtem gloriam nullus poteſt uenire cũ macula, Iſaiæ.35. Via ſancta uocabitur, non intrabit per eam pollutus.Et Apoca.21.Non intrabit per eam aliquid coinquinatum.Et Anſel.in lib.cur deus homo: Impoſſibile eſt animam coinquinatam paradiſum intrare. Contingit autem aliquos in hora mortis aliquibus peccatorum maculis coinquinari,per quas tamẽ æternam inferni damnationem nõ merentur: & tales ſtatim poſt mortem nõ poſſunt peruenire ad illam beatitudinem,& per conſequens eorum animę dilationem patiuntur.Beatus Thomas.4.lib.contra gẽ.Retardanẽ aĩæ bonorum,quæ habent aliquid purgabile in hoc mundo, à præmij cõſecutione, quouſq́ꝫ pœnas purgatorias ſuſtineãt. Secunda rõ,ẜm Boetium:Nullum malũ manet impunitũ: & Aug° 21.lib.de ciui.dei.Platonici,q̃uis pctã nulla impunita uolunt eſſe, tñ omnes pœnas emendationi adhiberi putãt, uel humanis inflictas legibus,uel diuinis,ſiue in hac uita ſiue poſt mortem.Contingit autem aliquos ante mortẽ nõ poſſe perficere pœnam debitam pro peccatis, nec eſt diuinæ iuſtitiæ cõueniens, ꝙ non perſoluãt. Vnde qui cõ

tra purgatorium loquiẽ,contra diuinam iuſtitiam loqui-tur. Cũ enim eccleſia docet purgatorium eſſe credendũ, quiſquis contrarium dogma pertinaciẽ aſſerit, omnino ſeipſum hæreticũ facit. Tertia ſumitur ex perfectione diuina. Dicitur.12.Meta.Primum principium,q̃d eſt deus, oportet eſſe perfectiſſimũ: & Dionyſi.4.c.de diuinis nominibus:Deus præ omnibus modis eſt perfectus, & opa eius perfecta ſunt:iam ſi purgatorium non eſſet, dei opa non eſſent perfecta,quia eſſent ſine iuſtitia, quę exigit ut peccata puniantur: oportet ergo quod ille, qui p̃oſt con tritionem & abſolutionem decedit ante ſatisfactionem, poſt hanc uitam puniatur, & pœna purgatorij eſt in ſup plemẽtum ſatisfactionis. Sic ergo deus miſericordia ſua parcit, ut iuſtitiæ ſuæ non fiat præiudicium. Quarta rõ: Si non eſſet purgatorium poſt hanc uitam, ergo qui per durat uſq; ad mortem in culpa,cum nullã ſuſtinuerit pœnam,reportaret de malitia ſua commodum,quod eſt manifeſta falſitas: nam omnis culpa per pœnam reformaẽ, & culpa eſt culpam non punire.28.diſt.Quia ſunt.Quinta ratio: Articulus fidei eſt,quod anima Chriſti in morte deſcendit ad inferos, pſal.67.Aſcendit in altum,captiuã duxit captiuitatem: & eccl'.24.Penetrabo inferiores partes terræ: ſed in illo deſcenſu effectum paſſionis Chriſti oſtendit,nõ ſolum liberando animas de lymbo patrum, iuxta illud Oſeæ.13.Ero mors tua ȯ mors, ero morſus tu us inferne: & Zacharię.9. Emiſiſti uinctos tuos de lacu in quo nõ erat aqua:ſed etiam liberauit de purgatorio.Dicit enim Auguſtinus in epi.ad Euodium: Euidentia teſti monia infernum commemorant & dolores, nulla cauſa occurrit, cur illȯ credaẽ ueniſſe ſaluator, niſi ut ab eiſdẽ doloribus ſaluos faceret: nõ enim præſtitit beneficia liberationis damnatis: præter eos autem nulli ſunt in doloribus pœnalibus conſtituti,niſi illi qui ſunt in purgatorio. Vtrum aũt om̃es liberauerit uel aliquos, ꝟbaliter diſcrepãt Tho.de Aquino & Tho.de Argentina.Grego. autem in Regiſtro li.6.inquit: Dominus ſaluator noſter

ad inferos deſcendēs, ſolos per ſuam gratiam liberauit, qui eum uenturū eſſe crediderunt, & pcepta eius uiuēdo tenuerūt. Sexta rō: Hoc ponendū ē, qd Chriſtianis utile eſt & neceſſariū: ſed purgatoriū ē neceſſariū, qa ex ipſius notitia ex charitate ſtudemus ſubuenire aīabus bonorū, qui pœnis illis detinētur. Præterea pdeſt notitia eius, qa nobis metū incutit, ne leuiores culpas facile admittamus, ob quas acerbos purgatorij cruciatus ſubeamus, anteq̄ pateat nobis aditus in cælū. Et hęc ē ſeptima rō. Octaua rō: Purgatorium confert ſpei noſtræ: ſperare eñ poſſumus admiſſa leuiora, quæ non ſatis in hac uita fleuimus, ſic in purgatorijs ignibus clementer expiari poſſe, ut nihil neceſſe fuerit eorū ultionē ad gehennā reſeruari. Et ex hoc ſequitur nona rō: Omnes peccatores ſumus, & in peccatis cōcepti & nati, oēs uitā peccabilem ducimus, oēsq; in pctīs uiuimus, & forſitan in uenialibus morimur: nō eñ eſt hō qui non peccet: conſequēs eſt, quod purgatorium aſſignandum ſit. Et ex hoc ſequitur decima rō, ſm mentem Alber. in. 4. Ante inductionē ſanitatis in medicinalibus neceſſe ē purgari naturā ab humoribus corruptis, ſed in ethicis uitia humoribus proportionantur, ergo etiam in illis neceſſe eſt præcedere purgationes ad ſanitatē perfectam: ſed ſanitas perfecta eſt ſm gloriam tm̄, quæ excludit culpā & pœnam: ergo neceſſe ē poſt mortē purgationem fieri ante glorię introductionē. Vndecima rō: Secundo ethicorū: pctōrū ciuiliū duo ſunt gña pœnarū. ſ. increpationis actuum ciuilitatis, & condemnationis perpetuæ: ergo uidetur, q ſimiliter in iudicio diuino, in quo aliqui iudicantur & puniuntur leui pœna cum reſtitutione, alij perpetuo condemnantur: primi pœnā ſuſtinent cum reſtitutione poſt pœnitentiam, & uocamus purgatorium.

Purgatorium probatur autoritatibus ſanctorum doctorum, tam Latinorum q̄ Græcorum. Paragraphus quintus.

SPiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines.2. Petri.1. Et ueritas à ſpũſancto inſpiraẽ, & in uirtute eius pronũciatur: ſed doctores ſancti manifeſte locuti ſunt de purgatorio: dicit em̃ Hiero. ſuper illud Iſaię ult. Ignis eorũ non extinguetur: ꝙ purgatorius ignis Chriſtianorũ eſt: ſicut em̃ diaboli & oĩm negatorũ atq; impiorũ.i. non credentiũ credimus ęterna tormẽta, ſic pctõrum atq; impiorũ, & tñ chriſtianorũ, quorũ opa in igne ꝓbãda ſunt atq; purgãda, moderata arbitramur & mixtã clemẽtiæ ſniam iudicis. Et Amb. ſup epi.1. Cor. 3. ſaluus erit, ſic tñ quaſi per ignẽ: oñdit ſaluum illũ futurũ, ſed pœnas ignis paſſurũ, ut per ignẽ purgatus, fiat ſaluus, & nõ ſicut perfidi, æterno igne in ppetuum torqueatur. Et Aug⁹ lib.21. de ciu. dei. c.13. Tparias pœnas alij in hac uita tm̃, alij poſt mortem, alij nunc & tunc: ueruntñ ante iudiciũ illud ſeueriſſimũ nouiſſimumq; patiunẽ. Et ad idẽ eſt S. Greg. cuius autoritas poneẽ infra in paragrapho.6. de ritu eccleſiæ. In hoc tñ differunt pœnæ inferni & purgatorij, quia infernales finẽ non expectãt, ſed augmentũ in die iudicij: ſed purgatorij pœnæ ſunt cum fine, nã poſt expletã pœnã inde exuti, gaudijs beatiſſimis pfruẽtur. Hinc ẽ, ꝙ pœna purgatorij eſt principaliter ad purgãdum reliquias peccati, ideo ſola pœna ignis purgatorio attribuitur, quia ignis habet purgare & conſumere. Nec tñ bone lector, tibi uideatur mirabile, ꝙ aĩa ſimplex & incorporea ab igne torqueatur corporeo, q̃ etiã ẜm fidem in creando corpori uniẽ, ſic ipſa à corpore ſeparata, igni applicari põt, inquãtum ignis ẽ inſtrumẽtũ diuinæ iuſtitiæ: & hoc habet ille ignis non ex ſua natura, ſed ex uirtute diuina. Grego. in.4. dialo. Certe reprobis ỽitas in fine dictura eſt: Ite in ignẽ æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Si igitur diaboli eiuſq; angeli, cum ſint incorporei, corpeo ſunt igne cruciãdi, quid mirum, ſi animæ, antequam recipiant corpora, poſſunt corporea ſentire tormẽta? Sed quia hoc alterius eſt ſpeculationis, pergamus ad autoritates Græcorũ. Atha-

naſius.34.q.de animabus purgandis,quærit: Num ſentiūt aliqua beneficia bonoꝝ opm & oblationū? Cui quæſtioni reſpõdet: Quod ſi non aliquo beneficio participarent ex illo, non utiq; in cura & exequijs fieret cõmemoratio. Et Chryſoſt.homil.69.Fernardo Brixiano interpte: Non temere ab apl'is hæc ſancita fuerunt, ut in tremẽdis myſterijs defunctorum agat commemoratio: ſciunt enim illis multum contingere lucrũ, utilitatem magnã. Orige ad idem eſt,ut infrà in paragrapho de figuris. Similiter Cyrillus in ep'la ad Aug de miraculis b. Hieron. poſt mortẽ celebratis,ut dicetur in paragrapho de mortuoꝝ reſuſcitationibus. Et Grego.Nicenus: Si aliquis in Chriſto amico conſentiens, in hac uita purgare peccata minus potuerit, poſt trãſitum hinc per purgatorij ignis conflationem expedietur. Hoc prædicationis dogma ueritatis ſeruantes,hoc credimus, hoc etiam uniuerſalis eccleſia tenet pro defunctis, ut à peccatis ſoluantur, quod non poteſt niſi de illis qui ſunt in purgatorio intelligi. Diony.7.ca.eccle.hierarchiæ docet ex apoſtolorum traditione,quaſdam orationes animabus,quæ dignæ ſunt, poſtq̃ hinc exirent prodeſſe poſſe. Item quidam Græcus expoſitor ſuper illud Apoſtoli: ſic tamen quaſi per ignẽ. Hũc ignem credimus eſſe catareuſin .i. mundificationẽ, in quo animæ defunctoꝝ probant, tanq̃ auꝝ in fornace.

¶Purgatorium ponendũ eſt ex conſuetudine & ritu eccleſiæ. Paragraphus ſextus.

Eccleſiæ conſuetudines non ſunt reijciendæ. Sicut enĩ in rebus humanis,quæ rationis lumine fiunt, cõſuetudo iuris ſcripti uim obtinere noſcitur, ita & in negotijs eccleſiæ,quæ pendet ex lumine fidei,conſuetudo conſenſu Chriſtianitatis introducta parẽ cum lege ſcripta uidetur autoritatem ſortita. Leo papa in ſermone de ieiunio pentecoſtes: Dubitandũ nõ eſt,dilectiſſimi omnem obſeruãtiam Chriſtianam eruditionis eſſe diuinæ, & quicquid ab eccleſia in conſuetudine deuotio-

nis eſt receptum, de traditione apoſtolica, & de ſpũſan-cti prodire doctrina, qui nunc quoq; fidelium cordibus ꝑ fidei inſtitutis, ut ea omnes & obedienter cuſtodiant, & ſapienter intelligant. Et Pius papa: Conſuetudinem lon gus & approbatus uſus induxit. Et Caſſianus collatione 27. Oportet nos autoritatē patrum conſuetudinesq; maiorum uſq; ad noſtrum tempus per tantam annorum ſe-riem protelatę etiã nõ percepta ratione credere, eamq; ut antiquitus tradita eſt iugi obſeruantia ac reuerẽtia cu ſtodiri. Auguſtinus ad Caſſalanum presbyterum: Cõſue-tudinem laudamus, quæ tamen cõtra fidem catholicam nihil uſurpare dinoſcitur. Eccleſia igiť in ritibus ſuis re-gitur à ſpũſancto, qui aſſiſtit eccleſiæ, ipſam dirigendo ꝑ occultos inſtinctus: ex uetuſtiſſima autem eccleſiæ cõſue tudine pro animabus defunctorum, quæ in purgatorio eſſe creduntur, commemoratio ſpecialis à ſacerdotibus in miſſa fieri conſueuit: & illa eſt mens Auguſtini in lib. de cura pro mortuis agenda: Sed etſi nuſquam, inquiẽs, in ſcripturis ueteribus omnino legeretur, nõ parua hac conſuetudine claret autoritas, ubi in precibus ſacerdota libus, quæ domino deo ad eius altare funduntur, locum ſuum etiam habet commendatio mortuoꝝ. Eccleſia igiť uniuerſalis non errat: pro damnatis nempe nõ orat, qui in termino ſunt damnationis æternæ, quia ibi nulla eſt redemptio, ibunt enim in ſupplicium ęternum. Et Aug⁹ in li. de fide & opib⁹: Erit æterna cõbuſtio ſicut & ignis. Et Orig. homil. 6. ſup Exod. Si quis illuc uenerit, ſicut to tus plumbeus fiet, de illo hoc quod ſcriptũ eſt, demerga-tur in profundum tanq̃ plumbum in aqua uehementiſſi-ma. Nec orat pro illis qui ſunt in termino uitę, Extra. dè cele. miſſarum. c. Cum Marthæ: Cum ſacræ ſcripturæ di-cat autoritas, quod iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre. Idem eſt de ſanctis alijs ſentiendum, quod orati-onibus noſtris non indigent, pro eo quod ſunt perfecte beati, omnia eis ad uota ſuccedũt: ergo ſequitur ex ſuffi-cienti diuiſione, q̃d oret pro his qui ſunt in purgatorio.

Ad dei eñ uiſionẽ, in q̃ beatitudo noſtra cõſiſtit, creatu ra rõnalis eleuari nõ põt, niſi totalit̃ ſit depurata & purificata. His cõſona ẽ hiſtoria. 2. Mach. 12. in q̃ concluditur: ſancta ergo & ſalubris ẽ cogitatio ꝓ defunctis exorare, ut à pctis ſoluant̃. De autoritate hoꝝ libroꝝ dicit Aug. 18. li. de ci. dei. c. 36. Machabæoꝝ libri, q̃s nõ Iudæi, ſed ecclesia ꝓ canonicis habet, ꝓpter q̃rundã martyrũ paſſiones uehemẽtes atq; mirabiles, q anteq̃ Chriſtus ueniſſet in carne, uſq; ad mortẽ pro lege dei certauerunt, & mala grauiſſima atq; horribilia ptulerunt. Et Hier. in. 2. prologo in libros Macha. Machabeorũ libri, licet nõ habeant̃ in canone Hebræoꝝ, tñ ab eccleſia int̃ diuinoꝝ uoluminũ annotãtur hiſtorias, unde in his libris legimus oblatã ſatiſfactionẽ pro mortuis. Aug. in. 44. ſer. ad fratres in eremo: Defunctis cũ omi diligẽtia miſereri & ſubuenire ſtudeamus. Attẽdite qd Iudas Macha. fecerit, dixit enim ꝙ ſancta eſſet cogitatio pro defunctis exorare. Et addit Aug. Ora ꝓ defunctis, ut dũ fuerint in ęterna uita pro te orare nõ negligãt, expectãt eñ uos, ut iuuẽtur p uos, tẽpus eñ operãdi iã profugit ab eis, clamãt eñ q̃tidie q iacẽt in tormẽtis, & pauci ſunt q rñdeant. O ye magna inhumanitas, ecce enim infirmus iacet & clamat, ut à medicis curetur, clamat porcus, & oẽs cũ eo clamare non ceſſant, ſed clamat aĩa in tormẽtis, & nõ eſt q reſpondeat. Nõ ſic fratres, ſed mementote, ꝙ ſancta, ſalubris, pia, felix, & ſuauis deo & angelis ẽ cogitatio pro defunctis exorare, ut à pœnis, q̃s pro pctis in purgatorio patiũt̃, ſoluãtur. Semper itaq; pro defunctis orandum eſt, & ſi nõ ꝓficiat eis, quia beati aut damnati ſunt, oratio tamen mea in ſinu meo conuertetur, Pſalm. 34.

¶Ex ſuffragiis eccleſiæ, & potiſſime ex ſacrificio altaris purgatoriũ creditur. ¶Paragraphus. 7.

GRegorius Papa ſcribit Bonifacio epiſcopo, & trãſumptiue habetur. 13. q. 2. Animæ defunctoꝝ q̃tuor modis ſoluũtur, aut oblationib. ſacerdotum, aut pcibus ſanctoꝝ, aut charoꝝ eleemoſynis, aut ieiunio

cognatorum. Et Gerſon in.3.parte tractatus de cãticis & ſolatio: In purgatorio cũ afflictione eſt ſolatium ex certa ſpe beatitudinis, ex eccleſię gñalibus ſubſidijs, & pijs amicoꝝ ſuffragijs, & charitas in eis congaudet ueritati correctiõis. Et Auguſt. in Enchiridio ca.150. Neq; negãdum eſt defunctoꝝ animas pietate ſuoꝝ uiuentium releuari, cum pro illis ſacrificium mediatoris uel eleemoſynæ in eccleſia fiũt, ſed hæc eis proſunt, qui cũ uiuerent, ut hæc ſibi poſtea prodeſſe poſſent, meruerũt. Sed ſacrificiũ altaris inter hæc eſt potiſſimum, quod patet figuris & autoritatibus & exẽplis. De primo: oblatio eñ corporis Chriſti abſoluit à debito culpæ & pœnæ: uñ in Aegypto poſt comeſtionem & eſum hagni, populus Iſraeliticus liberabatur, & ſanguis hagni paſchalis in ſuperliminarib. ponebatur contra angelum uaſtatorem: & ſerpẽs æneus in palo erectus contra morſum ſerpẽtum. Pſalm. Paraſti in conſpectu meo meam aduerſus eos qui tribulant me. Secundo patet autoritatibus. Auguſti.9.lib.confeſſ. de Monica matre ſua ait: Illa imminente die reſolutionis ſuę dixit: Ponite hoc corpus ubicunq;, nihil uos eius cura conturbet, tãtum illud uos rogo, ut ad domini altare memineritis mei ubi fueritis. Et Grego.6.lib.Regiſtri: Omnis culpa oblato ſacrificio delet. Nec deficiũt autoritates doctorum Græcorum. Greg. Nicenus in ſer. de defunctis: Si aliqs in hac labili uita purgare cuncta non potuerit, poſt tranſitum hinc per purgatorij ignis conflationem citius magis ac magis fidelis ſponſa ſponſo dona & hoſtias in paſſiõis memoriam offert pro filijs, quos ipſi ſpõſo ỽbo & ſacramento præclarę rei genuit, poſtea alacriter expeditur. Et Theodolus epũs Cyrenſis ſuper illud.1.Coꝛ.3. Si cuius opus arſerit, dicit ꝙ ſaluabitur, ſic tamen quaſi ꝑ purgatorium ignem, purgãtem quicquid inuenit per incautelam præteritæ uitæ, & puluere ſaltem pedum terræ purget ſenſus, in quo igne tamdiu manet, q̃diu quicquid corpulentiæ & terreni affectus inhæſit purget, pro quo mater eccleſia orat, & dona pacifica offert deuote,

& per hoc homo mundus & purus exiens, deo ſabbaoth puriſſimis oculis immaculatus aſſiſtit. De tertio: Sanctus Gregorius in.4.dialo. ponit diuerſa exempla, quod oblatione hoſtiarum multi liberati ſint à purgatorio, quæ cauſa breuitatis miſſa facio: ſed delectat audire unum, quod habetur in uitas fratrum ordinis prædicatorum: magis enim ædificant exempla quàm uerba, Iſaiæ.49. In omnibus planis.i.ſanctorum exemplis paſcua eorum. Vnde Iuo de prouincia Franciæ, ordinis prædicatorum, archiepiſcopus Nazareth, prouincialis in terra ſancta, uir totius ſanctitatis, in linguis pluribus optimus prædicator, quem rex Franciæ & regina tranſeuntes mare inuenerunt illic, & laudes eius magnifice extulerunt. Vnde eidem in oratione perſiſtenti poſt matutinas eleuatis oculis ad lampades chori apparuit umbra, quaſi cuiuſdam fratris, in ſordido habitu: cumque ille quæſiſſet quis eſſet, reſpondit: Sum talis frater, ſpeciali dilectione aſtrictus, qui nuper obij. Et interroganti qualiter ſibi eſſet: reſpondit, male, & in diuerſo pœnarum genere per xv. annos ſum manſurus: cumque ille quæreret cur tamdiu deberet illa pœna cruciari, cum uixiſſet tam religioſe: reſpondit, non quæras cauſam, quia ſecundum iudicium dei, quod æquiſſimum eſt, merui hanc pœnam: ſed rogo ſubuenias mihi. Quod ille promiſit. Vnde mane celebrans pro eo miſſam, peractis omnibus, ante ſumptionem euchariſtiæ, tenens in manu ſacramentum, cœpit cum lachrymis rogare ſub his uerbis: Si Soldanus Babyloniæ & Alexandriæ haberet unum Sclauum captiuum, & Camerarius eius, qui per multos annos ſibi fideliter ſeruiuiſſet, peteret ſibi illum donari pro ſeruitio ſuo, certe Soldanus de facile non negaret. Domine, non es crudelior Soldano, imò es fons miſericordiæ. Ego Camerarius tuus, & ſeruitor ad tantum tempus captiuus tuus eſt pro defectibus ſuis in carcere purgatorij: ecce ego peto eum mihi dari. Cumque talia uerba inculcaſſet, miſſam compleuit. Nocte ſequenti ipſi oranti apparuit ipſe frater in habitu candido, quem cognoſcens, qualiter ſe haberet interrogauit: qui reſpondit: bene per gratiam dei, petiſti à do-

mino me tibi dari, & me tibi largitus eſt, unde à purgatorio liberatus, accedo ad conſortium ſanctorum. Prædicta probant autoritate Damaſceni in ſermone de ſuffragijs mortuorum: Myſteriorum (inquit) conſcij diſcipuli ſaluatoris, & ſacri apoſtoli in tremendis & uiuificis myſterijs memoriā fieri eorum q fideliter dormierūt, ſanxerūt. Præterea, ſuffragia proſunt defunctis, ſm quod uniunt uiuētib⁹ per charitatē, & illa opera nata ſunt ſuffragari, quæ ad cōicationem charitatis pertinent: ſacrificium aūt euchariſtiæ eſt ſacramētum unionis & charitatis, continēs illum, in quo tota eccleſia unitur & conſolidatur.

¶Ex mortuorum ſuſcitationibus oſtendit purgatorium in rerum natura eſſe. Paragraphus. 8.

IN utraque lege mortui legūtur ſuſcitati ad uitam. In ueteri tres legimus ſuſcitatos, unū per Eliā, & duos per Eliſeū: de hoc. 3. &. 4. Reg. Chriſtus initiator noui teſtamēti, qui mortificat & uiuificat, tres reuocauit ad uitā, puellā ſcilicet & adoleſcentem & Lazarum. Sanctus Petrus Chriſti uicarius ſimilit tres, ſcilicet Tabitā, Act. 9. & Romæ ſecundū in confuſionem Simonis magi, & Maternū, miſſo baculo ſuo per Euchariū & Valerium ad locū in quo mortuus fuit. Et de ſancto Martino canit eccleſia: cui dn̄s poſt ap̄los tantā gratiam cōferre dignatus ē, ut in uirtute trinitatis mirifice mereret fieri trium mortuorum ſuſcitator magnificus. Similit S. Dominicus tres Romæ ſuſcitauit. Nota in primis, quod ternarius numerus in mortuorum reſuſcitatione plerunque eſt obſeruat⁹ in argumentum, q uľis reſurrectio fiet in uirtute ſanctæ trinitatis, & prædictorum ſuſcitatio eſt quoddā pręludium futuræ reſurrectionis. Nūc ad propoſitū, cōſtat q illi nō fuerunt ſuſcitati ex inferno, dimerſit em̄ eos tempeſtas, & abſorbuit eos profundum, & urget ſup eos puteus os ſuū, pſal. 68. Et Iſa. 30. Præparata eſt ab heri Tophet à rege profunda & dilatata. Et Abraham ad diuitem epulonem: Inter nos & uos magnum chaos eſt firmatum, ut q hinc uolunt tranſire ad uos no poſſint, neque inde huc

tranſmeare.Lu.16.Vtrum aũt prędicti oẽs ſint ſuſcitati de purgatorio ad uitã:dico cum pſal. Iudicia dei abyſſus multa: de quibuſdã tñ præſumit, ꝙ de purgatorio, ut teſtimonium ueritatis de pœnis purgatorij uiuentibus perhibeant,aut ad deſtruendam hæreſim,quæ qñq; erat circa alterã uitã. De hoc audiamus quid referat Cyrillus in ep̃la ad Aug.de miraculis b.Hiero.poſt mortem celebratis,& de reſuſcitatione trium mortuoꝝ.Scribit enim,q̃d poſt obitũ glorioſiſſimi Hiero.quædã hæreſis inter Gręcos ſurrexit, ꝙ aiæ beatoꝝ uſq; ad ul'is iudicij diẽ beatitudine priuabant,& aię damnatoꝝ uſq; ad illũ diẽ nullis cruciabant pœnis, aſſerebant illius ſectæ nequiſſimi nullũ fore purgatorij locũ:tũc expletis tribus diebus ieiuniorum, S.Hiero.ſc̃tõ Euſebio prædilectiſſimo filio apparuit,& ait:Cyrillo cunctiſq; fratribus nuntia,ut craſtina die iuxta præſepe dñi, ubi meũ quieſcit corpus oẽs cõueniãt in unũ,tam catholici q̃ illius ſectę uiri, & triũ hoꝝ, qui in hac urbe hac nocte defuncti ſunt], cadauera inhumata in illũ,in quo meũ humatũ eſt corpus, facies deportari,ſup quibus ſaccũ quo utebar ponens, ſtatim uitæ priſtinæ redditi, hanc radicitus hæreſim extirpabunt. Q d̃ & factũ eſt. Accedens ẽm uenerabilis Euſebius ad ſinguloꝝ cadauera,flexis genibus,manibuſq; in cælum extenſis,orauit:Deus qui facis mirabilia magna ſolus,nũc preces tuoꝝ exaudi fideliũ,& ut tua,quã dediſti, fides intemerata inuiolataq; per ſecula maneat,& etiã ut hoꝝ error appareat,& per merita & interceſſiões glorioſiſſimi Hiero.introduc in hæc cadauera aĩas,quas de ipſis egredi uoluiſti.Qua oratione finita,cingulum ſacco,q̃ ſuper carnem utebat Hiero.tangens cadauer, protinus in ipm̃ uitæ ſpm̃ introduxit:qui hoies apertis oculis,oĩbus uitę ſignis oſtenſis,ſunt perfecte reſuſcitati,& cœperunt beatã aiaꝝ gloriã, & pc̃tõꝝ pœnas tã purgatorij q̃ inferni clara uoce oĩb⁹ intimare.Nã,ut mihi poſtea interrogãti dixerunt,b.Hieronymus eos conduxerat ſecũ in paradiſum,purgatorium,& infernũ,ut quæ ibi agebant, pate-

facerent uniuerſis. His igiť pactis, multitudo maxima po pulorum, tā fidelium q̄ illius ſectę defenſorum, qui ad tā grande concurrerunt ſpectaculum, immēſas gratias deo referunt, ꝙ ſuos in ſe ſperantes non deſerit.

¶Ex figuris ueteris legis trahitur teſtimonium de purgatorio. Paragraphus nonus.

IN ueteri lege duplex fuit doctrina, una aperte poſi ta, ut in unitate dei & creatione mūdi: alia ſub figurarum & myſterioꝝ uelamine fuit abſcōdita, ut in myſterio incarnationis & reparationis: oīa em̄ in figura contingebant illis. 1. Cor. 10. Et rurſus doctrina illa ordinabatur ad promiſſa noui teſtam. in quo nobis ſpes uitæ æternæ promittiť, ad quā nemo niſi immunis ab om̄i detrectabili & culpabili defectu poteſt puenire: hinc ex deſcriptionibus figuralibus trahunť argumenta ad probādū eſſe purgatoriū. Vñ pſal. 123. dicitur: Torrentē pertrāſiuit anima noſtra, bñdictus deus, inquiunt aīæ liberatæ à purgatorio, gratias liberatori agentes. Nā. 2. Mach. 1. de magnis periculis liberati à deo magnifice gratias agimꝰ ipſi. Reminiſcūtur em̄ animæ quæ euaſerint, prīo in hac uita, ſcandala, inq̄, tribulationes mundi, impugnationes hæreticoꝝ, ſuggeſtiones dęmonū, & continue q̄acerbas pœnas purgatorij. Geñ. 15. Ego duxi te de Vr Chaldæorū, ut darē tibi terrā iſtā. Et iſte torrēs cōſiſtit in aīarum captiuitate in purgatorio, & in uarijs tormentorū gñibus, & in deſiderio perueniēdi ad terminū ſalutis. Idē patet in pſal. 65. Trāſiuimꝰ per ignē & aquā, & eduxiſti nos in refrigeriū. Amb. unūquenq; purificandū eē docet priuſquā in dñi requiem ingrediatur, ut introgreſſus in illā paradiſi amœnitatē, gratias ſuo dño agat, dicens: Induxiſti nos in refrigeriū. Orige. hom. 25. ſuper Num̄. exponens illud ỽbum pſalmiſtę loquentis in perſona omniū ſanctorum, qui hunc ỽſiculum dicere poſſunt, poſtq̄ purgati fuerint: Vides, inquit, quō purificatiōne indiget qui exierit de prælio huius uitæ. Augꝰ: Cū trāſierimus ad illud refrigerium, fratres chariſſ. nullū timebimus inimi-

cũ,nullum tentatorẽ,nullum ignẽ,nullã aquã,ꝑpetuum igiť refrigerium eſt. Refrigeriũ propť quietẽ diciť. Pſal. Cõuertere aĩa mea in ꝛequiẽ tuã,quia dñs benefecit tibi. Ex iſtis elidiť dictũ Luteri,dicentis ſatis ridicule: Sophiſtæ in hac re nugant,adducentes illud Pſal. Tranſiuimus per ignem & aquã. Præterea Iob.14. ait: Miſeremini mei miſeremini mei ſaltem uos amici mei,quia manus dñi tetigit me. Et hæc uerba trãſtulit eccleſia ad officium pro mortuis,& eſt uox animaꝝ uociferantiũ ad uiuentes,ut auxilienť: quæ uox duplicať propter magnã afflictionẽ, quã in purgatorio patiunť. Cæterum in alio pſal. diciť: Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi. Quæ autoritas infrà exponeť in alio paragrapho. Et Leui.12. Nõ ingrediet ſanctuarium, donec impleanť dies purgatiõis eius. Et hinc Ioſeph eductus de carcere regis ad imperiũ ſublimatus eſt, Gen.34. Et Iere.31. In fletu ueniẽt præ gaudio, in miſericordia reducã eos & deducam eos per torrentẽ aquarum in uia recta,quæ ducit ad uitam æternam.

¶Deinde oſtendiť purgatorium ex apparitionibus & reuelationibus. Paragraphus.10.

MOrtui uiuentibus apparent qualitercunq;, uel cõtingit per ſpecialẽ dei diſpenſationẽ,ut aiæ mortuoꝝ reb⁹ uiuentiũ interſint, & eſt inter diuina miracl'a computandũ, ut ait b.Tho.1.p.q.84.ar.8. Q. aũt hmõi apparitiones fiant, probat Aug⁹ in li. de cura ꝓ mortuis gerenda cap.17. dicens: Mitti ad uiuos aliq̃s mortuos, ſicut è contrario Paulus ex uiuis in paradiſum raptus eſt, diuina ſcriptura teſtať: nam Samuel propheta defunctus uiuo Sauli regi futura prędixit. Et quid de Moſe dicturi ſumus? qui certe in Deut. mortuus, & in euangelio cum Elia qui mortuus non eſt, legiť apparuiſſe uiuentibus. Et ad hoc ponit exemplũ Aug⁹ in eodem lib. c. 11. Cum Mediolani eſſemus, audiuimus quod cum debitum à quodam defuncti patris repeteret cautione prolata, q̃d filio neſciẽte à patre erat perſolutũ, cõtriſtari hõ grauiſſime cœpit atq; mirari, quod ei pater moriens non dixe

rit quid deberet,cum etiã feciſſet teſtamentũ,tunc nimis anxio apparuit idem pater eius in ſomnis,& ubi eſſet depoſitũ, & quod illa cautio uacuata fuerat indicauit: quo inuento iuuenis atq; monſtrato,nõ ſolum falſi debiti calumniam propulſauit,quin etiam paternum recepit chirographum,quod pater non recepit,quando eſt perſoluta pecunia. Animæ igitur defunctorum ſpeciali dei diſpoſitione credunt uiuentibus apparere,pro earum liberatione,ſicut ſæpe compertũ eſt, quod animæ adiuratæ, hoc idẽ confeſſæ ſunt.Vñ ſcribit S.Greg.in.4.dial.de Paſchaſio in hæc uerba:Germano,Capnano epõ,medici ꝓ corporis ſalute dictauerũt,ut in angularibus thermis lauari debuiſſet,qui ingreſſus thermas,Paſchaſiũ diaconũ, dudum mortuum,ſtantem & obſequentem in caloribus inuenit:quo uiſo,uehemẽter extimuit,& quid illic tãtus uir faceret inquiſiuit.Cui reſpondit:pro nulla alia cauſa in hoc pœnali loco deputatus ſum, niſi quia in pte Laurentij cõtra Symachũ conſenſi in electiõe: ſed quæſo te, dñm ꝓ me depcare: atq; in hoc cognoſces,ꝙ audit⁹ ſis,ſi huc rediẽs me nõ inueneris. Qua de re uir dñi German⁹ in precibus ſe ſtrinxit,& poſt paucos dies redijt, ſed iam dictũ Paſchaſiũ in loco eodẽ minime inuenit. De locis, ubi iſti ſpiritus ſe repræſentant,non poteſt dari certa regula,quia hoc non cadit ſub arte humana,ſed ſub dei uolũtate,quia ipſe ſic uult fieri, & nullus põt ꝑſcrutari cõſiliũ dei,ſed ideo apparẽt,ut ꝓpt aliquoꝝ merita citius uł tardius de pœnis liberent.Sed hoc ſciendũ ẽ, ꝙ ubicunq; animæ iſtæ ſunt,pœnæ eas ſequuut,ſicut dæmones pœnas inferni ſecũ portãt.Similit de tpe apparitiõis nõ eſt regula gñalis,q̃uis tñ magis appareant de nocte,ſicut ꝓphetæ frequentius acceperũt reuelationes in ſomno.Apparent aũt diuerſis modis,quãdoq; in corpore aſſumpto & uiſibiliter,quãdoq; inuiſibiliter,ut ſolũ ſon⁹, uox,aut ſtrepitus percipiat à uiuentibus, ſicut percuſſio, proiectio,ſibilatio, gemitus aut planctus, ut attẽtos reddant homines ad inquirendum & reſpondendum.

¶Ex iure canonico purgatorium demonſtrař, et de gra uitate Purgatorij. ¶Paragraphus .II.

EX iure canonico efficax ſumiť ꝓbatio, multa eñ q̃ tractantur in theologia, etiã tractantur in iure canonico, & q̃ ibi recipiunť uel reſpuuntur, etiã in theologia, ſm ꝙ dicit Aug. Omnia, quę neq; in ſancto rum autoritatib. continẽtur, nec in cõcilijs ſanctoꝝ pa trũ, nec conſuetudine uľis eccleſiæ roborata ſunt, ſine ul la dubitatiõe reſecanda æſtimo. Sed in iure canonico ha beť teſtimoniũ de Purgatorio, diciť eñ. 25. di. Qui in aliũ ſeculũ diſtulit fructũ cõuerſionis, prius purgabitur igne purgationis, hic ignis, etſi nõ ſit æternus, miro tñ modo grauis ẽ, ſuperat eñ oẽm pœnã, quã unq̃ paſſus eſt aliqs in hac uita uel pati põt. Idẽ de pœn. diſt. 7. ca. Nullus, ubi ſubinfertur, Nunq̃ tãta inuenta eſt in carne pœna, licet mirabilia martyres paſſi ſint tormenta, & multi nequiť quanta ſæpe ſuſtinuerunt tormenta. Et diſt. 25. c. Qualis hic quiſq; egreditur, talis in iudicio apparebit uel pñta bitur, ſed tamẽ de quibuſdã culpis eſſe ante iudiciũ pur- gationis ignis credendus ẽ. Et extra. de cele. miſſ. ca. cum Marthæ, idẽ habetur. Studeat ergo qſq; ſic delicta corri gere, ut poſt mortẽ non oporteat pœnã tolerare: nam ut dictũ eſt, grauis ẽ ignis purgatorij. Ignis enim ad pec- catoꝝ purgationẽ refertur, nã dominus ignis conſumẽs eſt. Et ob eã cauſam in euangelio dominus Ieſus in ſpiri tu ſancto & igni uenit, ut qui iam baptizati ſunt ſpiritu- ſancto, rurſus reuertẽtes & repetentes uitã priſtinã cau- terio & igne pœnitẽtiæ indigeãt, in igne eñ probať au- rũ & argẽtum, hoĩes ỽo receptibiles in camino humilia tionis. Eccľi. 2. Ignis nãq; eſt maximæ actiuitatis, & ignis purgatorij punit iuxta ęqualitatẽ ꝓportionis pœnæ, ad menſurã culpæ. Iſa. 27. In menſura contra menſurã quũ abiecta fuerit ſcilicet anima à corpore & iudicabit eam, pœna enim eſt delictorũ debita coertio uel ſatisfactio. Et ꝙ pœna purgatorij excedat oẽm pœnam huius uitæ, patet, qa quanto pœna eſt uľior, tanto maior, ſed anima ſeparata puniť, quũ ſit ſimplex, non aũt ita eſt de corpo-

re, ergo illa pœna quæ eſt animæ ſeparatæ, ē maior om̄i pœna quā corpus patit̄. Hinc dicit Aug. in. 4. ſer. de commemoratione animarum: Ille purgatorius ignis durior erit q̄ quicquid pōt in hoc ſeculo pœnaꝝ uideri aut cogitari aut ſentiri: & ipſi tā diu in illo purgatorij igne moras habebimus, q̄diu pc̄tā minuta tāq̄ ligna fœnū & ſtipula conſumantur. Ita peccata ipſa in hoc ſeculo purgent̄, ut in futuro ille ignis purgatorius aut non inueniat, aut certe parum inueniat quod exurat.

¶Probatio purgatorij ex diuerſitate decedentiū, & ex diſtinctione receptaculoꝝ. ¶Paragraphus .12.

IN uarijs gradibus cōſtituuntur, qui ab hac uita moriuntur, q̄dam ſunt ualde mali, ut Turcæ, Iudæi, & cæteri infideles, Chriſtiani q̄q; in peccato pſeuerantes & fidei tranſgreſſores, hi finaliter dānantur. De infidelib⁹ dicitur Iohan. 3. Qui nō credit iā iudicatus eſt. de Chriſtianis patet, nam qui impœnitens morit̄, & ſi uiueret, ſemper peccaret, huic debetur receptaculum infernale, receptacula em̄ poſt mortē dantur animabus, uel in p̄miū, uel in pœnam, unde Luc. 16. Mortuus eſt diues & ſepultus eſt in inferno. Et Iob. 21. Ducunt in bonis dies ſuos, & in pū-cto ad inferna deſcendunt. Gre. 4. dia. Si eſſe ſanctoꝝ animas in cælo oportet, ut per oīa & iniquoꝝ animas in inferno, quia ex retributione internæ iuſtitiæ, ex qua iuſti iā gloriantur, neceſſe eſt per omnia, ut iniuſti crucient̄, nā ſicut electos beatitudo lætificat, ita credi neceſſe ē, q̄d à die exit⁹ ſui ignis reprobos exurat. Qui ergo capitalia peccata cōmiſerunt, ſi eis digna pœnitentia nō ſubuenerit, per purgatoriū ignem tranſire nō merebuntur ad uitam, ſed in æterno incendio præcipitabuntur ad mortē. Auiſentur igitur peccatores in carne uiuentes, & intendāt illud Apoc. 2. uenio tibi cito, & mouebo candelabrū tuū de loco ſuo, niſi pœnitentiā egeris. Haymo: Niſi pœnitentiā egeris, mouebo te de ſocietate fideliū. Pſalm. 51. Deus deſtruet te & in finē euellet te, & emigrabit te. Alij ſunt ualde boni, qui ſine macula moriunt̄, & ſtatim æter

næ retributionis mercedẽ recipiunt, quibus dabitur paradiſus. 2. Cor. 5. Scimus enim, qm̃ ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, ꝙ domũ non manufactam ex deo habem⁹, ſed æternã in cælis. Chriſtus in cruce latroni cõfitenti dixit: Hodie mecum eris in paradiſo. Hæc regia mãſio datur martyribus pueriſq; baptizatis, mox poſt baptiſmũ decedẽtibus. Gre. 4. dia. Oẽs baptizatos infantes atq; in eadẽ infantia morientes, ingredi regnũ cæleſte credendũ eſt. Vnde de pœ. di. 7. c. nullus: Pœnitentia, ſi in extremæ uitæ hora aduenerit, ſanat & liberat in oblatione baptiſmi, ita ꝙ nec purgatoriũ ſentiunt, q in fine baptizanẗ, ſed ipſi ditati bonis matris ſanctæ eccl'iæ, recepturi ſunt multiplex bonũ in ꝟa beatitudine. Sapi. 7. Eſt emanatio q̃dam claritatis om̃ipotentis dei ſyncera, in quã nihil coinquinatũ intrat. cæleſtis em̃ felicitas cõſiſtit in ſapientiæ participatione ꝑfecta, quæ ꝑ ſpeciem deũ uidebimus, in omnibus ꝓdictis nulla ẽ macula, igitur beati cenſentur. Aug. 4. ſer. de commemoratione animaꝝ: Si qs ſupra fundamentũ Chriſti ſupędificat aurum, argentũ, & lapides ꝓtioſos, de ſanctis hoc & perfectis Chriſtianis capite, qui uelut auꝝ purgatũ merebunẗ ad æterna præmia peruenire. Pueris aũt ſine baptiſmo decedentib. aſſignatur ꝓprium receptaculũ, in quo nõ ẽ pœna ſenſus, ſed damni, in quibus eſt impedimenttũ ex parte perſonæ & naturæ, quia decedunt in pc̃tõ originali, & in iſtis non adeſt ſpes beatæ uitæ. Sinus aũt Abrahæ ſignatus fuit antiqs patrib. in quibus originalis culpa expiata erat, ſ̃m ꝙ erat infectiua pſonæ, remanebat tamen impedimẽtũ ex parte naturæ, ꝓ qua nõdũ fuit plenariæ ſatiſfc̃tm̃ ꝑ Chriſtũ, & iſte lymbus ſanctoꝝ patꝝ in Chriſti deſcenſu euacuatus eſt. Col. 2. Expoliãs principatus & ꝓtãtes traduxit cõfidenẗ, palã triũphans illos in ſemetipſo. Et Iſa. 49. Dedi te in fœdus populi, ut ſuſcitares terrã, & poſſideas hæreditates diſſipatas, ut diceres his qui uincti ſunt, exite, & his q ĩ tenebris ſunt, reuelamini. Alij ſunt Chriſtiani boni, ſed negligentes, & his datur purga

torij pœnitentiale receptaculum. Aug. ut ſupra. Illi q ſuperædificant ſuper fundamētũ Chriſti lignum, fœnũ, ſtipulã, de bonis Chriſtianis, ſed negligentib. minuta peccata purgare intelligite. Et nota finalr, ꝙ ſtatim animæ ſoluto uinculo carnis, per q̃d in ſtatu uitæ detinebãtur, p̃miũ conſequũtur uel pœnã, niſi aliud impediat, ſicut interdũ impedit conſecutionẽ p̃mij pc̃m ueniale, q̃d prius purgari oportet, & ſic neceſſariũ ponitur purgatoriũ. ¶Purgatoriũ denicp aſſignabile ponitur ꝑpter indulgẽtias quas p̃dicat eccleſia. ¶Paragraphus .13.

INdulgentiæ p̃dicãtur in eccleſia ꝓ animabus, ergo purgatoriũ eſt. Antecedens patebit infra. conſequẽtia patet, quia ex purgatorio dependet oĩs indulgẽtiarum exiſtimatio, ut docte practicat reuerẽdus Roffenſis in materia de indulgentijs, contra Lut. Si enim tollas purgatoriũ, q̃rſum indulgentijs opus erit? his eñ, ſi nullum fuerit purgatorium nihil indigebimus. Conſiderabãt enim ſancti patres exactiſſime, ꝙ ſancto Petro & eius ſucceſſoribus eſt tanta in euangelio collata à Chriſto poteſtas, ut quicquid ille ſoluerit in terris, ſolutum foret & in cælis. Et librantes, non dubitauerunt Petri ſucceſſores, modo fideliter id negotium egerint, pœnas (quæ ꝓ reliquijs peccatorum non ſufficienter expiatis luerentur) cõdonare poſſe. Perpẽdebant q̃cꝫ, ꝙ cũ ꝑtãtem ſacerdotibus donaſſet Chriſtus, aĩas ab æterna pœna liberandi, multo magis talẽ in eccleſia reliquit autoritatẽ, qua poſſet à purgatorijs pœnis ſimilr abſoluere. Sed indulgentiæ poſſunt dari illis qui ſunt in purgatorio, qñ hoc forma indulgẽtiaꝝ habet, ut uidelicet, ſi aliquis illas ꝓ ſe & trib. uel q̃tuor charis ſuis in purgatorio detẽtis mereri poſſit, patet primo, quia Papa dicitur à deo cõſtitutus iudex uiuoꝝ & mortuoꝝ. Extra. q filij ſint legitimi. c. ꝑ uenerabilẽ. Et eccl̃ia ſoluit & ligat poſt mortẽ. Extr. de ſentẽtia excõ. c. à nobis eſt. Et. 24. q. 2. Sane ꝑfertur. Præterea, quia in ꝯtritiõe remittir pœna ęterna, & obligatur penit⁹ ad pœnã purgatorij, niſi eẽt cõtritio ualde abun

dans,ſed per indulgentiã remittitur tota pœna uel pars pœnæ purgatorij. Cęteꝝ,ſuffragia ualent illis,q́ ſunt in Purgatorio,ex ſupra dictis,ſed indulgentiæ ſunt de nobiliſſimis & efficaciſſimis ſuffragijs,quia ſumptæ ex theſauro eccl'iæ,ſed illi qui ſunt in purgatorio ſunt talis theſauri participes, eo ꝙ deceſſerunt in charitate. Quarto idẽ probatur: Sancto Petro cõmiſſa eſt clauis regni cælorũ: ſed anima quãdiu ẽ in purgatorio,ẽ extra regnũ cælorũ ergo indiget amotione impedimenti ab ingreſſu, & talis amotio fit per indulgentias. Quinto, pater miſericordiaꝝ ſ'm ordinatiſſimã ſuã diſpoſitionẽ ꝓuidit omnibus auxiliũ per indulgentiã eſſe conferendũ qui ſunt in purgatorio,exquo ſe iuuare non poſſunt. Sexto: Omnes animæ ſanctæ,aut ſunt de eccleſia triumphante,aut militante,ſed animæ in purgatorio ſunt ſanctæ, & non ſunt de eccleſia triumphãte,quia in illa nulla eſt pœna, ergo ſunt de militante: ſed omnibus habentibus gratiã in eccleſia militante proſunt indulgentiæ,ergo proſunt illis qui ſunt in purgatorio. Vnde ſicut ſeruus pignori datus non põt manumitti ante debiti ſolutionem, ff. de manumiſſis. l. Seruus: ſic nec ille,cuius anima impignorata eſt in purgatorio,niſi ſatisfaciat, aut alij pro eo ꝑ ſuffragia uel per indulgentias ſatisfecerint.

¶ De loco purgatorij. ¶Paragraphus .14.

DE loco in quo animę puniunt & à peccati ſcoria purgantur,ut in cælũ introducantur,contingit loqui dupliciter, uno mõ ſ'm legẽ cõmunem, & ſic creditur eſſe pars inferni,propť ỽbum S. Grego. in. 4. dia. ꝙ ſub eodẽ igne electus purgatur & damnatus cruciatur, & una eademq; uis puniẽs,bonos probat & eliq́t,malos ỽo condẽnat,deuaſtat, & exterminat, & talis loc⁹ cõpetit punitioni ſimiliter & ſatisfactiõi,ſiue ei qui affligitur merito fœditatis culpabilis. Et hunc ritũ habet eccleſia,qñ orat pro defunctis,libera eas de ore leonis,item,à porta inferi &c. Et per os leonis in manu inferni intelliguntur diuerſæ pœnæ purgatorij,à quibus orat eccleſia li

berari animas. Vel pœnę purgatorij illis nominib. exprimũtur, propter mutuã utriusq; uicinitatẽ. Nam apud Bedam, quidã ad uitam reuerſus, recitatis his q̃ uiderat, purgatorium eſſe dixit cõfine gehennæ. Itẽ ſancti patres ante aduentũ Chriſti fuerũt in digniori loco q̃ ſit locus in q̃ animæ nũc purgãt, quia nõ erat ibi aliqua pœna ſenſibilis, ſed ille locus erat coniunctus inferno, aliâs Chriſtus ad lymbũ deſcendẽs, nõ diceretur ad inferos deſcẽdiſſe. Hoc tamẽ fatẽdũ eſt, q; de loco purgatorij nõ inuenitur aliquid expſſe determinatũ in ſcriptura, nec rõnes poſſũt ad hoc efficaces induci, tamẽ ꝓbabiliter, & ſm q; conſonat magis ſanctoꝝ dictis & reuelationib. factis, ponitur purgatoriũ. Quidã putant purgatoriũ eſſe in monte Aetna, in Sicilia, ex q̃ monte erũpit ignis cũ ſulphure quemadmodũ gehẽna, in q̃ mõte dicũt ſæpe apparere figuræ, & audiuntur ſæpe gemitus & uoces q̃ruloſæ, ſed de hoc nihil temere definio. Dicit eñ Alanus: Non aliud niſi ſe ualet ardens Aetna cremare. Et quædã fictio phantaſtica aliq̃rum refutatur, qui dicũt q; ſupius in ſphæra ignis ſit purgatoriũ. Vbi nota, q; motus animæ ſurſum uel deorſum nõ ẽ ſecundum ſuũ deſideriũ, ſed ſm diuinum iudicium, quod eſt mouens ſupremum, & illius mouentis regulã ſequitur anima, & illud iudicium decreuit animã affligere ad tempus. Secundo, de loco purgatorij poſſumus loqui ſecundum ſpecialem diuinam diſpenſationẽ, & tunc locus purgatorij dicitur extraordinarius, conceſſus animabus à deo ex miſericordia uel alia cauſa ſicut in ſimili dicitur de cuſtodia Pauli, Actu. 28. cũ perueniſſet Romam, permiſſum eſt Paulo permanere cum cuſtodiẽte ſe milite, & ſic diuerſis animabus extra carcerem purgatorij diuerſa concedũtur receptacula. Primo, propter celeriorem liberationem, ita ut poſſint alijs ſuam indigentiam reuelare, ſicut dictum eſt de Paſchaſio. Et dicit Hugo de ſancto Victore: Probabile eſt, quod in his locis, in quibus culpam commiſerunt, puniantur, ſicut de illo, qui presbytero ſeruiuit in balneo, cui locus ille depu-

tatus erat, culpis ſuis exigentibus, pro quo presbytero hebdomadam celebrauit, & liberatus eſt. Secũdo, propť noſtram inſtructionem, ut aliquando recogitemus, magnam poſt hanc uitam pœnam infligi peccatoribus. Tertio, propter alicuius ſancti impetrationem, ſicut legimus, quod ſanctus Patritius impetrauit cuidam, quod puniretur in quodã loco in terra: & ex hoc (ut dicit Bonauentura in quarto ſcripto) fabuloſe ortum eſt, quod ibi eſſet purgatorium.

¶A quibus animæ in purgatorio puniuntur.

¶Paragraphus .15.

Pie creditur à certis doctoribus, ꝙ animæ nõ puniũtur in purgatorio à dæmonibus, quia ſunt dei amicæ, in charitate exiſtentes, & fuerunt in hoc mũdo dæmonum uictrices, & ſine mortali decedentes, triumphauerunt de dæmonibus, ergo non ſubijciuntur eis: omnino enim irrationabile & iniquum eſſet, ut aliquis ſubijceretur uicto poſt triumphum. Hinc dicit Pſalm. Ne tradas animas beſtijs confitentes tibi, hoc eſt, ne tradas animas poteſtati dæmonum affligendas, qui dicunť beſtiæ, quaſi uaſtiæ. Vnde dixit ſanctus Martinus diabolo ſtanti ad eius obitum: Quare hic aſtas cruenta beſtia? Non fecerat hoc diabolus ut eum duceret ad purgatorium, ſed quia cupiebat inſidiari calcaneo, & per hoc detrahere in abyſſum. Quare uir dei addidit, nihil in me reperies, funeſte, ſed ſinus Abrahæ me ſuſcipiet. Hinc additur in Pſalmo prędicto, & animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem, ſed purgatas educes de locis tenebrarum ad cælum empyreum. Dęmones autẽ animarum purgationẽ & liberationem deteſtãtur, ergo illam purgationem non adminiſtrãt. Et in canone miſſæ dicitur, & dormiunt in ſomuo pacis. Ex hoc patet, ꝙ nõ affligũtur miniſterio dæmonum, quia cum dæmonib. ſomnum pacis non haberent. Neq; puniuntur animæ miniſterio bonorum angelorum, qui conciues ſuos non tam uehementer affligerent, nec charitate ſibi coniunctas ita mo-

ſtarent, ſed ſicut poſt diem iudicij, ſola diuina iuſtitia ignem ſuccendit, quo in perpetuum puniuntur damnati, ita nunc ſola diuina iuſtitia ignem ſuccēdit, quo poſt hanc uitam purgantur electi, ad uitam æternam ordinati. Albertus ſuper miſſam dicit, quod per ſeipſas purgantur animæ, ſicut aurum purgatur à ſui impuritate, & rutilat in igne, iuxta illud 1. Corinthiorum. 3. Vniuſcuiuſq; quale ſit opus ignis probabit. Et dicit beatus Thomas, quod poſſibile eſt, quod ſancti angeli eas ad loca pœnarum deducant, & quod etiam dæmones, qui de pœnis hominum lætant, eas committentur, & purgandis aſſiſtāt, ut earum pœnis ſatientur, tum etiam in earum exitu de corpore ſui aliquid reperiant & uenentur, ſicut diabolus aſtabat ſancto Martino. Albertus imaginatur, quod animarum purgandarum cœtus ſeipſo ad talia loca feratur, ſicut graue ſeipſo: Animæ enim pondere uenialium, quæ ſecum de corpore exeuntes deferunt, profundius & minus profunde ad loca pœnarum tendunt, ꝓ diuerſitate uenialium, ſicut diuerſi ponderis grauia deorſum tendunt, in cuius ſignum Zacha. 3. dicitur: Iniquitates ſedere ſuper calculum plumbi. Et in Pſalm. dicitur de peccatis: Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.

EPILOGVS.

EX his omnibus elicitur q̄d uenialia peccata ſunt inæqualia, & ſic diuerſa in purgatorio animab. inferuntur tormenta, aliquib. maiora & diuturniora, aliquibus leuiora ſecundum quod affectus eaꝝ ad uenialia fuit magis uel minus immerſus. Secūdo ſequitur, q̄d pœnæ purgatorij ſunt uoluntariæ ex acceptatiōe & conditione eorum qui eas patiuntur, in quibus eſt charitas, per quam uoluntatem ſuam diuinæ uoluntati conformātur, ex cuius charitatis ꝟtute, pœnæ eis ad purgationē ꝓſunt. Tertio ſeq̄tur, q̄d ꝑcipuū remediū, q̄d aiab⁹ in purgatorio cōfert, ē ſacramētū altaris: alias ꝟtus hui⁹ ſacramēti, ab his qui purgatoriū negāt, diminueretur, q̄d tñ offertur ꝓ uiuis & defunctis. Quarto, quod animæ in

purgatorio de ſua ſalute ſunt ſecuræ, Iſaię.54. Ad punctũ in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis cõgregabo te, in momento indignationis abſcõdi faciem meam parumper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui. Quinto, quòd ignis purgatorij in nouiſſimo die finitur, non quo ad ſubſtantiam, ſed quo ad animarum punitionem. Demum elicitur ex ſcripturis, figuris, iuribus, doctorum autoritatibus, animarum apparitionibus & reuelationibus, ex fide catholica, & uniuerſalis eccleſiæ conſuetudine antiqua, ex apoſtolicis traditionibus & ſacris interpretibus, quod ponendum ſit purgatorium, quod animarum poſt pœnarum expiatiõem, ad mãſionem æthercam ſit introductorium: quam manſionem cunctis Chriſtifidelibus cõcedat ille, qui iugiter in cælis regnat, Amen. FINIS.

Apud ſanctam Ro. imperij Coloniam, Impenſis celeberrimi bibliopolæ M. Godefridi Hittorpij. 15. calendas Iulij.

Ad 1470549

BIB